DOCTRINA CATHOLICA DE PURGATORIO, ANIMARUM SEDIBUS, ETC

Theodor Anton Peltanus, Georg Schweickhardt

AD LECTOREM
Præfatio.

EDita nuper, de Sanctorum origine etc. disputatione, amice Lector, in mentem ueniebat, rudes quosdam, qui ex certis incerta, ex extremis media difficulter nonnunq; colligunt: ex tertia Thesi, in qua, Scholarum more, sanctimoniam generatim acceptam, partiebamur in perfectam, quæ omnem excludit culpam & pœnam: & in imperfectam, quæ ad utrumlibet horum facultatem ponit: nonnullam errandi occasionem accipere posse: rati nimirum de Purgatorio, quod culpæ noxitatem tantùm, non etiam doloris sensum excludit, secus nos, ac Catholicos decet, sentire. Quia igitur sapientibus & insipientibus debemus, eaq; potissimum de causa ab illustrissimo Catholicissimoq; utriusq; Bauariæ Principe, Cathedræ Theologicæ præfecti sumus, quò seductos in planam ὀρθοδοξίας semitam reducere, nutantesq; in sua religione confirmare, pro uiribus enitamur: operam nos, neq; inutilem, neq; à professione nostra alienam sumpturos existimauimus: si breui hoc scripto palam faceremus, non quid nos, aliiue ætatis huius Catholici de Purgatorio profiteamur: (Hoc enim uel ipsa Sectariorum confessione plerisq; est notissimum) sed quid Apostoli, Prophetæ, Martyres, Pontifices, cæteriq; Ecclesiæ Patres atq; Doctores, hac ipsa de re perpetuò crediderunt ac docuerunt: Hoc enim non æquè fortassis, atq; alterum illud, compertum est omnibus. Neq; tamen animus est omnia, quæ ad huius articuli confirmationem quoquo modo faciunt, hic referre, sed orationis uelis, ne disputationis metam longiùs excedant contractis, ea duntaxat, quæ impudentissimas aduersariorum calumnias apertè conuincunt, in medium adferre. Quod si qui isthuc in hoc opusculo à nobis præstitum esse non putant: aut de communi Ecclesiæ sensu atq; consensu etiamnum hærent: nos iterum atq; iterum rogatos cupimus, uti positis animorum affectibus, quæ bona fide hoc loco referuntur, si non accuratè expendere, saltem legere ne grauentur: Cæteros aliud, quàm ut nostros hosce conatus æqui bonique consulant, rogare, superuacaneum censemus. Vale. Ingolstadij Calen. Decemb.

Anni M. D. LXVIII.

DE ANIMARVM SEDIBVS PARS PRIMA.

VIn anima humana, à Deo opt. Max. Matth.10.25. Luc.20. Mar.12. 1.Corin.15.
immortalis sit effecta, necesse est, ut ubi primùm in corpore, quod informabat, esse desierit, alicubi subsistat, cùm non sit nusq̃.

Extiterunt autem iam inde ab orbe condito, pro diuersis cuiusq; meritis, diuersæ animarum sedes: pu- Matth.25. Philip.2. 2.Petri 2. Apoc.1. Esa.14. In Euang.Ioan. Tract.49.
ta Cœlum Empyreum: Infernus: Infantium, nullo fidei Sacramento initiatorum, Limbus: Purgatorium: Abrahæ sinus, Patrum limbus uulgò appellatus. Sicut (inquit D. Augustinus) diuersæ sunt custodiæ agentium in officio, sic diuersæ quoq; sunt mortuorum custodiæ. Receptus est pauper, receptus est & diues: sed ille in sinu Abrahæ, hic ubi sitiret, & guttam non inuenire etc.

Inter has, Cœlum sublime extra totam nascentium & occidentium sphæ- Act.1.2. Mar.7.16. Gen.37. Num.16. Iob 11.16.21. Psalm.54.
ram est positum: Cæteræ animarum custodiæ, orbis centro credumtur esse finitimæ, quamuis fortassis non ex æquo: Nec enim frustra dictum uideri debet: Magnum inter nos & uos Chaos firmatum est.
Esa.14. Ezech.17. Matth.11. Apocal.5. Philip.2. Luc.16.

Et quamuis hinc certa spaciorum intercapedo euidenter colligi non queat (potuit enim ad loci naturam Patriarcha respexisse) admodum tamen Psal.87.
probabile, et Sanctorum traditioni consentaneum est, summa Patres, ima tenuisse damnatos. Non absurdè (inquit D. Augustinus) credi uidetur, anti- Lib.20.cap.15. de ciuit.
quos etiam Sanctos, qui uenturi Christi fidem tenuerunt, locis quidem à tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos tamen fuisse, donec eos inde sanguis Christi, & ad ea loca descensus erueret.

Augustino, præter alios, astipulatur Gregorius Magnus. Ante Aduen-
tum (inquit) Mediatoris Dei & hominis, omnis homo, quamuis mundæ, 12.Moral.
probatæq; uitæ fuerit, ad inferni claustra descendit: Nec tamen ita iustorum animas ad infernum descendisse dicimus, ut in locis pœnalibus tenerentur; sed esse inferiora Inferni loca, esse alia superiora credenda sunt, ut & in superioribus iusti requiescerent, in inferioribus iniusti cruciarentur.

De interiectarum mansionum situ, certi aliquid pronunciare non audemus. Nam ut maximè sola originis labe infecti, à sensili pœna immunes esse putentur, fidei tamen & gratiæ lumine, quo purgatorijs flammis addicti ubertim perfunduntur, omnino expertes degunt.

Aug de Bap parmenor. cap. 23. De cõsi. dist. 4. cap. Nulla præter.

Nihilominus quod illiusce modi infantes nullo, ut plerique omnes, uel certè mitissimo, ut senuit Aug. doloris sensu tanguntur: haud multum fortassis à scopo aberrant, qui infantium limbum, inter Purgatorium et Abrahæ sinum medium interiectum esse rati, tradunt eundem illum ignem, qui infernè, hoc est terræ meditullio proximè, exæstuans comorquet damnatos, supernè exundantem, compurgare fideles, qualicunque pœnarum debito adhuc obstrictos.

D. Thom. 4. dist. 45. q. 1. art. 2. P. Palud. & D. Scotus ibidem.

Nec hinc tamen formidandum est, ne continua illa exæstuatione tandem consumptus, partes suas deserat, aut stationem mutet. Nam etsi ignis copiosior proxima quæque absumere, ruptisque hinc indè obstaculis, sursum uersus soleat eluctari, tartareæ tamen flammæ, Dei Opt. Max. cuius in plectendis sontibus instrumentum existunt, uoluntate, neutrum eorum commoliuntur: sed citra ullam sui consumptionem, aut loci mutationem, perpetuo ardore in sceleratos desæuiunt.

Matth, 25. D. Tho. 4. d. 44. q. 3. art. 2 & 2. d. 6. art. 3. ad 6.

Cæterum quando mortalium spiritus diu nequeunt esse ociosi (aut enim merita comparant, aut comparatorum fructus colligunt, aut certè pro contractis debitis pœnas pendunt) fit ut simul atque merendi spacium hic absoluêre, eò statim Angelorũ uel Dæmonum ministerio deportentur, ubi stipendia cuiusque moribus factisque digna, ad amussim persoluuntur.

Matth. 20. Ro. 2. 2. Ti. 4. Apo. 22. Luc. 16. Th. 1. 2. q. 4. ar. 5. 2. d. 6. art. 3. 4. d. 45. q. 1. art. 1. 4. cõtra Gen. c. 96.

Deportantur autem, non quod uiam, qua abeundum est ignorent: Vel quod seipsas, quo oportet, promouere non ualeant: sed quòd Deus Opt. Max. ministrorum suorum opera, cùm in alijs non paucis, tum in hac quoque animarum deportatione familiariter uti soleat.

Thom. 2. d. 11. q. 2. ar. 4. d. 45. q. 1. Hebr. 2.

Et quoniam hæc humanorum spirituum deportatio, est quædam latæ iam tum sententiæ executio (consequitur enim illam, ut effectus suam causam) consequens fit, ut animæ humanæ non intra corpora, in quibus mereri adhuc possunt: nec rursum in Cœlo Empyreo, cuius usu indigni sunt impiorum manes: sed eo, ut plurimum in loco, ubi corporis sui domicilio excedunt, iudicij aleam subire compellantur.

D. Tho. 4. d. 45. q. 1. art. 1. Ad Hebræ. 9.

Exercetur autem iudicium illud, non uocali aliqua, aut externa disceptatione, sed ui quadam diuina et interna. Siquidem Angelorum ministerio, uel alio modo nobis nondũ explorato, unusquilibet eorũ, quo statu, quibusue

D. Tho. 4. d. 47. q. 1. art. 1.

meritis

meritis humana deseruerit, quibus item commodis, uel incommodis deinceps potiturus sit, certior redditur.

Et quia idem illud animarum iudicium, Christi Dei & Domini nostri authoritate, magna ex parte perficitur (hunc siquidem unum Cœlestis Pater uiuorum simul & mortuorum omnium Iudicem constitutum uoluit) obtinuit, ut is unicuiuis morienti, præstò adesse perhibeatur: Non quòd corporali schemate huc accedat: (quamuis & hoc quoq; facere queat, & non nunq̃ etiam ex peculiari quodam priuilegio faciat) sed quod omnipotenti uirtute sua allabens, de mortui causam magna cum seueritate discutiat. Vigilate (inquit) quia nescitis, qua hora filius hominis uenturus est. Act. 10. Ioan. 5. Matth. 25. Mar 13. Luc. 12.

Etsi uerò humani spiritus posteaq̃ humana semel deseruerunt, non temerè ijsdem sese denuò immiscerè soleant: tamen ut Moyses & Elias, sedibus suis ad tempus relictis, uisi sunt Christo, & tribus Apostolis in monte Thabor: & Prophetæ Samuel Saulo Israëlitarum Regi in uico Endor: ita alij Diuorum spiritus, alijs quoq; (si qua necessitas id postulet, aut Deus permittat) nonnunq̃ apparere possunt. Esa. 63. Matth. 17. 1 Reg. 28. Sap. 46.

Ais (inquit Hieronymus ad Vigilantium) in sinu Abrahæ, uel in loco refrigerij, uel subter aram Dei, animas Apostolorum et Martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, cùm uoluerint, adesse præsentes: Et in tu Deo leges ponis? Tu Apostolis uincula inijcis, ut usq; ad diem Iudicij teneantur in custodia, nec sint cum Domino suo? De quib. scriptum est: Sequuntur Agnum quocunq; ierit: Et si agnus ubiq; est, ergo & hi, qui cũ eo sunt ubiq; esse credendi sunt: Et infra. Cũ (inquit) Diabolus et Dæmones ubiq; orbe toto uagentur, & celeritate nimia ubiq; præsentes sint, quare Martyres post effusionem sanguinis tenebuntur inclusi? Hier. contra Vigilant. Apoc. 14.

Non est tamen idem omninò de Angelis & Beatorum spiritibus hac in re statuendum: Quandoquidem angeli ex officio, & quasi ex naturæ suæ conditione, ad custodiam, uel exercitationem hominibus præesse habent: Animabus uerò neutrum horum ex officio incumbit: sicut nec illud quoq;, quod sedibus suis desertis, quocunq; uisum fuerit euagentur: sed ex munere gloriæ: uel certè ex peculiari eius, qui solus simul & semel ubiq; adesse potest dispensatione: Qua una etiam, non solùm Beatis, uerum cæteris quoq; ueræ beatitudinis in totum, uel in partem adhuc expertibis, illud ipsum nonnunq̃ permittitur. Quamuis interim multo id fiat insolentius, quàm mortalium uulgus opinatur. Augu. lib. de cura pro mor. agẽ. c. 13. D. Thom. 4. d. 45. q. an. 1. q. 3.

Imo uerò cum istiusmodi spirituum reditiones ueram corporum resurrectionem.

rectionem non admittunt, (Alioquin enim uni eilemq; moriendum esset creabriùs) nec aliud fortè ab eo, quod uiuificant, corpus seiunctæ animæ mouere queant: credibile sit non ipsos defunctorum spiritus αὐλοπροσώπως, sed aliud eorum uice, humanis obtutibus plærunq; sese inferre.

D.Tho.1 q. 117. art. 6. Mal q. 16. art. 12. ad 2.

Lib. de cura pro mor. agen. ca. 10.

Feruntur (inquit D. Augustinus) mortui nonnulli, uel in somnis, uel alio quocunq; modo apparuisse uiuentibus: Atq; ubi eorum corpora iacerent intimasse nescientib. locisq; monstratis, admonuisse, ut sibi sepultura, quæ defuerat, præberetur. Hæc si falsa esse responderimus, contra scripta quorundam fidelium, & contra eorum sensus, qui talia sibi accidisse confirmant, impudenter uenire uidebimur. Sed respondendum est, non ideo putandum esse mortuos ista sentire, quia hæc dicere, uel indicare, uel petere uidentur in somnis. Nam & uiuentes apparent sæpè uiuentibus dormientibus, dum seipsi nesciunt apparere: Et ab eis, qui hæc somniauerunt, audiunt dicentibus, quod eos in somnis, agentes aliquid, uel loquentes uiderint. Si ergò potest me aliquis in somnis uidere sibi aliquid, quod factum est, indicantem, uel etiam quod futurum est, pronuntiantem, cum id ego prorsus ignorem, & omnino non eutem, non solum quid ille somniat, sed utrum dormiente me uiglet, an uiglante me dormiat, an uno eodemq; tempore uiglemus ambo, siue dormiamus, quando ille somnium uidet, & in quo me uidet: Quid mirum, si nescientes mortui, nec ista sentientes, tamen à uiuentibus uidentur in somnis, & aliquid dicunt, quod uiglantes uerum esse cognoscunt? Angelicis igitur operationibus id fieri crediderim, siue permittatur desuper, siue iubeatur. Hæc ille & alia in hanc sententiam, capitibus proximè sequentibus, plura.

Cap. 11. 12. 13. 14. 15.

Porro autem an demortui uice perfungens impostor sit, an Angelus sanctus, id certò discerni quandoq; non potest: Nam & ipse quoq; nequam spiritus in Angelum lucis nonnunq̃ sese transfigurat: Ex adiunctis tamen nonnulla coniectura fieri potest. Etenim cùm istiusmodi uisionibus thricæ quædam, ueræ pietati, Catholicæq; fidei parùm consentaneæ admiscentur, meritò pro fallacibus habendæ erunt: Contra uerò, cùm ad seriam morum emendationem, frequentemq; Sacramentorum usum, & ad alia id genus Christianæ pietatis officia instigant, peristasibus singulis diligenter excussis, si nihil fraudis præ sese tulerint, ut cætera probabilia, admitti poterunt, secus nequaq̃.

2. Cor. 11.

Vtcunq; sit, certum est defunctorum spiritus, siue αὐλοπροσώπως &

per se:

per se: siue ἑτεροτροπῶς & per alios, huc redeant, certum est (inq;) non idem spectare omnes. Siquidem ualde boni, ut prosint, redeunt: ualde mali, ut obsint: licèt præpotens Deus, prauam eorum uoluntatem, in aliorum salutem non rarò conuertere soleat. Cæteri neq; ualde boni, neq; rursum ualde mali, hoc est mediocriter boni, & mediocriter item mali, ut uiuorum suffragia petant, suoq; de statu familiares domesticosue suos certiores faciant. Greg. 4. Dial. ca. 55.

Hoc tamen unum omnibus est commune: nempè quòd dum mortalibus spectandos sese præbent, locum tantùm, non etiam statum mutent: Nam ut Beati omnes, ad quemcunq; tandem locum sese contulerint, nullam beatitudinis suæ iacturum faciunt: ita damnati, & cæteri quoq; purgatorijs cruciatibus adhuc mancipati, quocunq; terrarum abscesserint, suum carnificem semper secum ferunt. Matth. 18. Gloss. in cap. 3. D. Iacobi. D. Tho. 1. q. 64. art. 4. ad 3.

Ad eos porrò, quos Christus, uel alij insignes uiri ex mortuis exuscitarunt, quod attinet, credibile est plerosq; eorum ex Purgatorio, uel Patrum limbo prodijsse. Quod si qui aliunde prodiêre (quemadmodum de Cæsare Traiano, & alijs quibusdam memoriæ proditum est) de illis haud dubiè ἀπλῶς & peremptoriè nondum fuerat iudicatum: sed olim iudicandum: Nam præter legem, quorundam iudicia ad tempus suspendi posse, non uno exemplo compertum est. Matth. 9. Mar. 5. Luc. 7. Ioan. 11. Actor. 9.

Mulier (inquit D. Augustinus) amisit in gremio ægrotantem filium catechumenum infantem lacteniem. Quæ cum uidisset amissum & irrecuperabiliter perditum, cœpit eum magis flere fideliter quam mater. Non enim filij desiderauit uitam, nisi in futuro seculo: Et hanc sibi ablatam & perijsse plangebat. Impleta affectu fiduciæ tulit illum mortuum, & cucurrit ad memoriam beati Martyris Stephani, & cœpit ab illo exigere filium & dicere: Sancte Martyr, uides mihi nullum remansisse solatium. Non enim possum dicere filium præeßisse, quem nosti perijsse: Tu enim nosti quare plangam. Redde filium meum, ut habeam eum ante conspectum creatoris tui. Hæc & talia cum precaretur, lachrymis quodammodo, non petentibus, sed (ut dixi) exigentibus, reuixit filius eius. Et quia dixerat, nosti quarè illum queram, ostendere ueluit etiam Deus uerum animum ipsius. Continuo tulit illum ad Presbyteros, baptizatus est, sanctificatus est, unctus est, imposita est ei manus, completis omnibus Sacramentis, assumptus est. In Tomo sermonum edito Louanij Anno 1564.

Hæc D.

Hæc D. Aug. quibus per omnia consentiunt, quæ referunt D. Damascenus & Sulpitius de D. Gregorio & S. Martino. Gregorius (inquit Damas.) ueteris Romæ Episcopus, uir sacrarum literarum intelligentia celebris, cui etiam (ut referunt) sacra faciemi, cœlestis angelus socium sese addidit simul sacrificans: Cum per forum Traiani lapidibus stratum iter faceret, ualidas preces ad misericordem, animabusq; propitium Dominum habuit, ut Traiano Regi peccata dimitterentur: Et confestim uox allata, audita est in hunc modum dicens. Preces tuas audiui, et uitam Traiano do: Tu uero deinceps hostiam pro impio ne offeras. Rursum Sulpitius. Nec multo post (inquit) dum agrum Lupini cuiusdam honorati secundum seculum uiri præteriret, (Martinus) clamore & luctu turbæ plangentis excipitur. Ad quam cum sollicitus astitisset, et quis esset hic fletus inquireret, indicatur unum è familia seruulum, laqueo sibi uitam extorsisse. Quo cognito cellulam, in qua corpus iacebat, ingreditur: exclusisq; turbis omnibus, superstratus corpori aliquamisper orauit. Mox uiuescente uultu, inardescentibus oculis in ora illius defuncti erigitur, lentoq; conamine enisus assurgere, apprehensa B. Viri dextera in pedes constitit: Atq; ita cum eo usq; ad uestibulum domus, turba omni inspectante processit. Hæc illi.

Serm. de his, qui in fide migrarunt.

In vita D. Mart.

DE PVRGATORIO.

Conc. Trid. sess. 7. c. 6. Synod. Flor. in decreto vnionis.

Iametsi nouæ legis Sacramenta, Christi Dei ac Domini nostri sanguine tincta, uitæq; præsentis incommoda, si moderatè tolerentur, mirificam tum perficiendi, tum expiandi quoq; uim habeant, neutrum tamen horum Purgatorij nomine accipimus: sed locum aliquem seu spacium eiusmodi, in quo mortalium spiritus à uinculis corporeis iam absoluti, tamisper detinentur, dum à contractis per incuriam næuis, ad plenum perpurgentur.

C5. Latera. c. 65. Constant. sess. 8. Triden. sess. 25. Floren. in decr. vnion. &c.

Quod autem istiusmodi spacium, siue intra, siue supra terram, uerè, realitérq; existat, id non est uanum Monachorum commentum, (ut uanissimè comminiscuntur sectarij:) sed indubitatum sacratissimæ fidei nostræ decretum, pari religione & constantia, ab uniuersa Orthodoxia perpetuò receptum & creditum, atq; credita sunt cætera Christianæ familiæ mysteria.

Purgatorium

Purgatorium esse, ex Propheticis, Apostolicis, & Euangelicis literis probatur.

Vir (inquit Scriptura) fortißimus Iudas, facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerre pro peccatis mortuorum sacrificium: benè ac religiosè de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos, qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum uideretur, & uanum pro mortuis orare.) Et quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. 2. Macha. 12.

Complura obseruatione non indigna, hoc ex loco colliguntur: Primò nanq; palam hinc fit, parentandi ritum, quo Ecclesia utitur, rem esse nequaq̃ nouam, quæstus, aut alterius cuiusq̃ causa confictam: uerùm longè antiquißimam. Neq; enim probabile fit, Iudam Machabæum primum, apud Iudæos, precum funebriumq; sacrificiorum authorem extitisse: sed utraq; hæc à Maioribus accepta, familiariter patrio more usurpasse. Corol. 1.

Mox non pro quibuslibet promiscuè orandum esse, aut sacrificium offerendum: sed religiosißimi Principis huius exemplo, pro ijs dumaxat, quos morali coniectura, cum pietate dormitionem accepisse constat. Corol. 2.

Hinc mortem, etiam ui illatam (nedum ex febri uel paralysi, uel alia quacunq; miseria uel ægritudine consequutam.) non quæuis statim peccatorum uestigia inducere. Quandoquidem hoc loco, eorum quoq; saluti precatione & sacrificatione consultum est, qui pro patria religione strenuè depugnando uitæ finem fecerant. Corol. 3.

Rursum panem & uinum iustorum tumulis inferre, precibusq; & eleemosynis eorundem spiritibus suppetias ire, opus esse nequaq̃ superstitiosum, sed pium, Christianæq; religioni, quàm maximè consentaneum. Etenim mißis à Iuda, mille in funebre sacrificium, drachmis, subditur: Benè eum atq; religiosè de resurrectione cogitasse etc. Corol. 4. Thobiæ 4. 2. Machab. 12.

Postremo cogitationem, hoc est fidem, qua & corde credimus, & ipso quoq; opere testatum facimus, eiusmodi suffragia iustorum spiritibus ad gloriam nondum admißis, prodesse posse, salubrem esse & sanctam. Sancta (inquit) & salubris est cogitatio, orare pro defunctis, ut à peccatis soluantur: Et per consequens, Sectariorum doctrinam fidei huic & religioni, non minus arroganter, quàm impudenter insultantem, diabolicam, insigniq; cum impietate, & animarum pernicie coniunctam esse. Corol. 5.

Ob. 1. Nec quisquam Iudaizans, aut Samaritanum agens libri huius auctoritatem hic nunc mihi uellicet, aut in dubium uocet: Nam etsi Machabæorum libri, et alij præterea nonnulli, cæteris quibusdam aliquanto seriùs, inter Canonicos locum obtinuerint: omnes tamen eodem è fonte proscaturierunt, eiusdemq; calculis adprobati, Christianæ reip. contraditi sunt. Nec enim ab alio scripta Euangelica & Apostolica accepimus, ab alio rursum priorem & posteriorem Machabæorum & reliquos, de quorum fide olim aliquamdiu dubitatum est: sed ab eodem oēs, nempe à Spiritu sancto per Ecclesiam.

Can. 47. Placuit (inquit Synodus Africana tertia) ut præter Scripturas Canonicas, nihil in Ecclesia legatur, sub nomine diuinarum Scripturarum. Sunt autem Canonicæ Scripturæ Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosuè, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob unus, Psalterium Dauidicum, Salomonis libri quinq;, libri duodecim Prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Thobias, Iudith, Hester, Esdræ libri duo, Machab. lib. 2. Noui aũt Testamenti 27. Euangeliorum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber unus, Pauli Apostoli Epistolæ 13. eiusdem ad Hebræos una, Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iudæ Apostoli una, & Iacobi una, Apocalipsis Ioannis liber unus, qui sunt 27.

C. 85. C. 2. c. Sancta, d. 16. In decr. vnio. sess. 3. Epist. ad Exup. Ep. ad Syn. Afri. d. 16. c. Sanctam. Lib. 4. c. 1. cty. Li. 2. c. 8. de doct. Chri. Li. 16. ep. 3. Epist. ad D. Aug. Eosdem etiam recipit Synodus Apostolica, uniuersalis sexta, Gelasiana, Theodoreti & Zenonis Principum temporibus Romæ celebrata. Florentina, Tridentina. Innocentius eius nominis primus, Zozimus, Adrianus epist. ad Tharasium Epis. Constanti. Isidorus, August. Cyprianus, Hieron. Rabanus lib. 3. de institutione Cler. c. 7. et alij complures.

Obie. 2. Sed dices forsan: esto Machabæorum libri, inter Canonicos, ab Ecclesia sint recepti, nihil tamen hoc ad constituendum Purgatorium: quippe qui huius nusq; sed resurrectionis tantùm meminerint. Accedit eiusmodi collectionem: Iudas pro cæsis peccatoribus sacrificium obtulit, eram ergo illi in Purgatorio. Aut: Nos igitur hoc Iudæ factum, quasi legem imitari debemus nullam esse penitus.

Dil. 2. Obi. Sed sanè licèt in hoc contextu, Purgatorij uocabulum disertè non exprimatur, id tamen, quod Purgatorij nomine accipiunt Catholici, disertißimè exprimitur: Nam, ut nemo cordatus nescit, sanctißimus Iudas probis, quos certæ damnationi sciebat obstrictos, ex instituto nequaq; immolabat: multò uerò minus pro ijs, quos tutò iã in Abrahæ sinu sepositos credebat: Et cùm, præter Purgatoriũ, aliud adultorũ receptaculũ nullũ omnino occurrat: cõsequens fit, ut pro eorũ salute hostiam offerri curârit, quos probabili coniectura, Purgatorij cruciatib. adhuc teneri existimabat. Vtitur

Vtitur autem resurrectionis uocabulo, non ea solùm de causa, quò eorum obuiam eat errori, quibus impiè persuasum erat, eundem esse penitus corporum et animarum interitum: uerùm ideo maximè, quò intelligamus, præter carnis resurrectionem mortalibus omnib. communem, quandã esse aliam mysticam, puta animarũ ex peccatis, uel eorũ reliquijs, solis iustis propriã.

Rursùm licèt necessariò non sequatur: A Iudæis oratum, uel litatum est pro peccatoribus, erant ergo illi in Purgatorio: (poterant enim cum diuite epulone præcipites acti esse in Infernum,) rectè tamen infertur: Precatum uel sacrificatum est, pro eiusmodi peccatoribus, qui precantium iudicio, à peccatorum reatu absolui poterant: illi ergo, uel erant in Purgatorio, uel certè in eo esse credebantur.

Peccauerant quidem cæsi illi, spolia, quæ non licuit, clanculum deripientes: resipuisse tamen, non solùm sacrificatione sua ostendit Machabæus: sed ipse quoq; literæ contextus apertè hoc ipsum conuincit. Nam alia nulla æris in sacrificium impensi ratio redditur, quàm pietas dormientium. Et quia (inquit) considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam.

Deniq; licèt iniusmodi ratiocinatio: Hoc, uel illud à Iuda designatum est, illius ergo uestigijs, quasi certæ legi, nobis insistendũ est, inualida habeatur: rectè tamen ratiocinatur, qui sic concludit: Iudas Machabæus pro extinctis fratribus sacrificando, pium & Catholicæ fidei consentaneum opus ædidit: illud ergo pios & orthodoxos omnes studiosè imitari conuenit. Quamuis interim Ecclesia Catholica hoc solo Iudæ exemplo nequaq̃ nitatur.

Loco haud multo minus illustri, hæc ipsa fidei ueritas, ex Apostolo quoq; confirmatur: Secundũ gratiam (inquit) quæ data est mihi, ut sapiens Architectus fundamentum posui, alius aũt superædificat. Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positũ est, qd̃ est Christus Iesus. Si quis aũt superædificat super fundamentũ hoc aurum, argentũ, lapidos preciosos, ligna, fœnũ, stipulam, unusquisq; opus manifestũ erit. Dies n. Dñi declarabit: quia in igne reuelabitur. Et unusquisq; opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentũ patietur: Ipse aũt saluus erit sic tamen quasi per ignem. 1. Cor. 3.

Etsi uerò non pauca, de quibus non unum omnium est iudicium, locus hic offerat, (Nam & superædificantium nomine, non idem accipiunt oẽs: Aliter quoq; de die Domini, & igne, quo uniuscuiusq; opus declarabitur, commentantur alij: Sed nec eadem etiam de auro, argento, lapidibus preciosis:

de ligno rursum fœno, & stipula, omnium est sententia.) Attamen de ignis notione, qua orationis suæ seriem absoluit Apostolus: Ipse (inquiens) puta ligni, fœni, & stipulæ structor saluus erit: sic tamen quasi per ignem: uix ulla hac tempestate apud syncerè Catholicos est controuersia: nec id iniuria.

Nam præterq; quod celebriores utriusq; linguæ patres Orig. Basilius, Ammonius, Oecumenius, Cyrillus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Rupertus, Petrus Episcopus Parisiensis, Thomas, Albertus, Bonauentura, reliquiq; Petri Episcopi Parisini interpretes, & alij præterea quam plurimi, cum recentiores, tum uetustiores quoq; Ecclesiæ doctores, unanimi consensione, locum hunc de Purgatorio exponant: ipse etiam literæ contextus, aliam, quæ commoda, Apostolicæq; menti consentanea satis sit, interpretationem non admittit.

Primò namq; flammæ Tartareæ (quò locum hunc pertinere, rati sunt nonnulli) neminem omnium saluant, aut incolumem transire sinunt: sed quas semel deuorarum prædas, eas perpetuò mordicus intra sese retinent. Hic autem ignis, quos puniendos recipit, saluos tandem emittit: Erit (inquit Apostolus) saluus: sic tamen quasi per ignem. Adhæc errata illa, quæ metaphoricῶς ligni, fœni, & stipulæ nominibus hic insinuantur: siue ea ad mores: siue etiam ad doctrinam retuleris, communiori Patrum sententiæ, formatæ fidei fundamentum non conuellunt: atq; ita authores suos, ad tartara præcipites nequaq; agunt. Deniq; σωτηρίας, hoc est salutis uocabulum, quo Apostolus hic utitur, uix usq; in deteriorem partem translatum comperitur. Non potest ergo ignis ille, per quem transeuntes salui fiunt, ad inferni incendium rectè referri.

Matth 25.

Sed neq; ad uniuersalẽ illam mundi sublunaris conflagrationem, (de qua Psalmista: Ignis (inquit) ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et Apostolorum Princeps D. Petrus: Aduenier (inquit) dies Domini, in quo cœli magno impetu transient: Elementa uerò calore soluentur: terra autem, et quæ in ipsa sunt opera exurentur:) Apostolum spectasse, indubitatum est. Nam si nœui illi, qui pastorum, uel ouium doctrinæ, uel moribus nonnunq; sese insinuant, & hic per lignum, fœnum & stipulam designantur, aliò, quam generali mundi huius incendio, aboleri non possent, consequens fieret, ut nullus omnium in qualicunq; tandem peccati labecula extinctus, aut pœnarum debito obstrictus, ante seculi consummationem plena salute potiretur. At id asserere, non solum absurdum, & à rationis luce prorsus alienum est: uerum ipsi quoq; Orthodoxæ fidei manifestè contra-

Psal. 96.
2. Petri 3.

rium:

rium: Credimus enim defunctos, si non per satisfactionem, saltem per satisfactionem, etiam nunc ab alienis nominibus absolui, absolutosq; ad beata illa domicilia, recta transmitti.

Sunt (inquit Greg.) quorundam iustorum animæ, quæ à cœlesti regno, quibusdam adhuc mansionibus differuntur: in quo dilationis damno, quid aliud innuitur, nisi quod de perfecta iustitia aliquid minus habuerunt: & tamen clarius constat, quia perfectorum animæ, mox ut huius carnis claustra exeunt, in cœlestis regni sedibus recipiuntur: quod & ipsa per se ueritas attestatur, dicens: Vbicunq; fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Quia ubi ipse Redemptor noster est corpore, illic procul dubio colliguntur iustorum animæ. Et Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo: qui ergo Christũ in cœlo esse nõ dubitat, nec Pauli animã in cœlo esse negat. Hæc Greg. L. 4. Dial. 2. 25.

Adde quòd uniuersalis illa conflagratio, quemadmodũ & cæteræ quoq; uitæ huius ærumnæ (Nam has quoq; ignis uocabulo insinuatas, quidam Latinorum existimarunt) non in eos solum, qui auri, argenti, & precioſorum lapidum loco, fœnum, lignum, et stipulas superædificarunt, suas exerturus sit uires: sed in omnes promiscuè, quamuis non ex æquo: sed pro noxarum, uel debitorum ratione, plus minusue.

Sunt qui ad animarum iudictũ referunt: sed in idem redit: Nam utrunq; iudicium, tam uniuersale omnium, q̃ particulare singulorum, commune erit omnibus: Nec enim soli probi, & sanctimonia conspicui iudicabuntur: sed improbi quoq; & scelerati: Omnes (inquit Apostolus) stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonum siue malum. Item: Statutum est omnibus semel mori, & post hoc iudicium. Rom. 14. Ad Heb. 9.

Verumtamẽ ignis ille, qui Dominico die illucescente, hoc est (Orig. Aug. Amb. Innocentio eius nominis quinto, Caietano, Dionysio Carthusiano, & alijs non paucis loci huius interpretibus,) statim post absolutum uitæ huius curriculum, uniuscuiusq; opus, quale sit, exploraturus perhibetur, nullô aliô rectiùs, quàm ad exactissimam illam diuini iudicij amussim refertur.

Exploram quidam & probant humana opera, reliquæ quoq;, quarum paulò ante meminimus, flammæ: puta Tartareæ, Purgatoriæ, Conflagratoriæ, non tamen omnia, nec etiam omnium: sed quorundam tantùm: Contra uero uitæ huius miseriæ, diu exant quidem plerosq; omnes: sed id interim in die Domini non faciunt, sed in die nostro.

Cum igitur uocula hæc, ignis, Apostolici contextus periodum claudens, ad neutrũ iudiciorum: nec rursum ad infernum, uel mundi huius incendium:

nec deniq; ad quotidianas uitæ huius calamitates: (ut quæ non solùm omnibus sint communes, uerùm eos etiam acerbiùs nonnunq; excipiant, qui aurum, argentum, & lapides pretiosos exædificant, quàm reliquum mortalium turbam) commodè referri queat: neq; tamen præter Purgatoriũ ignem, alius siue proprius, siue metaphoricus, ad quem concinnè transferri possit, ullus omnino sese offerat: fit ut aliò, quàm illò referri nullo modo debeat. Atq; huc celeberrimi quique diuinorum oraculorum interpretes locum hunc perpetuò retulerunt.

In Hier. Hom. 12. *Si (inquit Origines) post fundamentum Iesu Christi, non solùm in tuo corde aurum, argentum, & lapidem pretiosum (si tamen habes aliquid auri uel argenti) superædificaueris: uerumetiam lignum, fœnum, & stipulam, quid tibi uis fieri, cum anima seiuncta fuerit à corpore? Vtrumnum ingredi uis in Sancta cum lignis tuis? Cum fœno, & stipula, & polluas regnum Dei? An propter lignum, fœnum, & stipulam foris residere, & pro auro, argento, & lapide pretioso nihil mercedis accipere? Sed neq; hoc æquum est. Quid igitur sequitur, nisi ut propter ligna, ignis tibi detur, qui consumat lignum, fœnum, & stipulam. Similia eundem in locum scribit, Homilia 6. in Exodum: 25. super Numeros: 33. in Psalmum 36. 5. in Leuiticum.*

In c. 3. 1. ad Cor: *Theodoretus Cyri Episcopus:* Τοῦτο τὸ πῦρ πιστέυομεν καθαρτήριον, ἐν ᾧ καθαίρονται αἱ ψυχαὶ ὡς χρυσὸς ἐν τῷ χωνευτηρίῳ. *Hunc*

In eundẽ locum. *ipsum (inquit) ignem Purgatorium credimus, in quo purgantur animæ, perinde atq; aurum in conflatorio. Ammonius: Credimus hunc ignem esse* καθάρσιμον, *hoc est expiatorium, in quo animæ defunctorum probantur, sicut aurum repurgatur à scoriis in fornace.*

In eundẽ locum. Oecumenius: Σωθήσεται καὶ αὐτός, ἐπωδὰν ὠσθῇ, ὡς εἰκὸς τὸν διὰ πυρὸς παριόντα, καὶ ἐκκαθαιρόμενον τὸν ἐνόντα αὐτῷ βραχὺν ῥυπόν. Θεοῦ γὰρ μόνου τὸ ἀναμάρτητον, διὸ ἐ ἄνθρωποι καὶ ὅτι etc.

Saluabitur (inquit) & ipse quoq;, non tamen citra dolorem, ut par est eum, qui transit per ignẽ, leues maculas sibi adhærentes repurgaturus etc. Et suam Basiliana interpretatione, confirmans addit: Basilius in commentarijs Esaiæ his uerbi huius (ignis) memione facta, pro ipsa purgatione accipit.

Lib. 14. in Leuit. *Cyrillus: Possumus addere etiam illud, nempe quòd natura peccati similis est materiæ, quæ igne consumitur, quam Apostolus ædificari à peccatoribus dicit, qui super fundamentum Christi ædificant lignum fœnum, & stipulam:*

pulam: in quo ostendit manifestè, esse quædam peccata ita leuia, ut stipulæ comparentur, cui ignis illatus, diu immorari non potest: Alia uerò fœno esse similia, quæ & ipsa non difficulter ignis absumat, uerum aliquanto tardius, quam stipulis immoretur: Alia uerò esse, quæ ligni conferuntur, in quibus, pro qualitate criminum, diuturnum & grande pabulum inuenias. Ita ergo unum quodq; peccatum, pro quantitate uel qualitate sui, pœnarum iusta persoluit.

Cyprianus. Aliud est ad ueniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire, donec soluas nouissimum quadrantem: aliud statim fidei & uirtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis, longo dolore excruciatum emendari, & purgari diu igne: aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini: aliud statim à Domino coronari. Lib. 4. Epi. 22.

Ambrosius. Cum dicit Apostolus: Sic tamen quasi per ignem: Ostendit saluam quidē illum futurum, sed pœnas ignis passurum: ut per ignem purgatus, fiat saluus: et non sicut perfidi, æterno igne in perpetuū torqueatur. In c. 3. ad Cor. 1

Hieronymus. Quod si ille non nisi per ignē saluus erit, qui iustus ex proprio est, quia negligenter ædificauit discipulos: quid de illis fiet, qui & sermone non ædificant, & insuper scandalizant exemplo? In eundem locum ad Cor.

Augustinus. Domine in hac uita purges me, & talem me reddas, cui iam emendatorio igne non sit opus, propter illos qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Quare, nisi quia hic ædificant lignum, fœnum, stipulam? Si ædificarent autem aurum, argentum & lapides pretiosos, de utroq; igne securi essent, non solum ab igne illo æterno, qui in æternum cruciaturus est impios: sed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem salui erunt. Nec aliter eundem Apostoli locum exponit Psal. 7. & 123. lib. 21. de Ciuitate, cap. 26. In Enchiridio c. 68. & lib. 50. Homil. Homil. 16. & Homilia 3. de sanctis. In Psal. 37.

Gregorius. Quamuis hoc de igne tribulationis in hac uita adhibito possit intelligi: tamen si quis de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dicit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, æs, aut plumbum ædificat, hoc est peccata maiora: sed lignum, fœnum, stipulam, hoc est peccata minuta & leuissima, quæ ignis facilè consumit. Li. 4. Dial. c. 39.

Alcuinus: Car: Mag: Præceptor. De igne diei iudicij Apostolus ait, uniuscuiusq; opus, quale sit, ignis declarabit: de igne Purgatorio eū dixisse non est dubitandum Lib. 3. de Trinit. 1. Cor. 3.

dubitandum, quem ignem aliter Sancti, aliter impij sensuri sunt. Impij siquidem de illius ignis cruciatu, ad perpetuas ignium flammas detrudemur: Sancti uerò, qui supra fundamentum, quod est Christus, aurum, argentum, lapides preciosos ædificarunt, tanta uelocitate ignem illum peruolabunt, quanta integritate fidei, & dilectionis, in hac uita custodierunt mandata.

Lib. 3 commen. in Genes. c. 32. Rupertus. Terribile hoc ualdè est, quod ex hoc loco cum cæteris Scripturarum locis collato, concipitur. Verbi gratia cum eo, quod dicit Apostolus: Si quis autem superædificat aurum, argentum etc. Quid (inquit) ex huiusmodi dictis colligimus, nisi ad hoc flammeum gladium atq; uersatilem ante paradisum esse collocatum, ut quicunq; deinceps admittendi sunt, illuc transeunt per examinatorium ignem? Eodem modo interpretamur hunc 4. d. 20. 21. 45. locum, D Thomas, Albertus Magnus, Bonauentura, Alexander Alensis, & reliqui Scholæ Patres.

In eundē locum. Glossa ordinaria. Duos ignes futuros legimus: unum æternum, quo æternaliter punientur reprobi, qui sequetur iudicium: alterum, qui præcedet, quo exuretur facies huius mundi, qui emundabit eos, qui superædificarunt fœnum, lignum, & stipulam etc.

Duobus his Scripturæ locis, euidentibus sanè & illustribus, accedunt alij, minus fortasse illustres & euidentes: at eiusmodi tamen, qui Catholicæ huic ueritati ualidissimè patrocinantur. Matt. 12. Omne (inquit) Dominus peccatum & blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemia, non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit uerbum in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro.

Lib. 21. de ciuitate Dei. c. 24. Augustinus: Neque hic de quibusdam ueraciter diceretur, quod non eis remittatur, nec in hoc seculo, nec in futuro, nisi essent, quibus, etsi non in isto, tamen remitteretur in futuro. Rursum ibidem: Non omnes (inquit) ueniunt in sempiternas pœnas, quæ post illud iudicium his sunt futuræ, qui post mortem sustinent temporales: Nam quibusdam, quod in isto non remittitur, remitti in futuro seculo, iam supra diximus.

4. Dial. c. 39. Gregorius. Qualis hinc quisq; egreditur, talis in iudicio apparebit: sed tamen de quibusdam culpis leuibus esse ante iudicium Purgatorius ignis credendus est: pro eo quod ueritas dicit: Quia si quis in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit, nec in hoc seculo remittitur ei, nec in futuro. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam uerò in futuro posse laxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Bernardus:

Bernardus: Quærant (Hæretici Purgatorium negantes) ab eo, qui dixit: Quoddam peccatum esse, quod neq; in hoc seculo, neq; in futuro remittetur, si nulla manet in futuro remissio Purgatioúe peccati? Serm. 66. in Cãt.

Petrus Cluniacensis. Quando Dominus dicit: Qui dixerit uerbũ contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro: ostendit ueniam quidem peccatorum in hoc seculo dignis semper concedi, remissionem tamen pœnarum, quam peccata exigunt, in seculo futuro aliquando differri, quæ secundum nobis occultas dispensationes iustitiæ & misericordiæ Dei, pijs operibus bonorum uirorum, aut in tempore breuiantur, aut qualitate mitigantur. Epist. contra Petrobusianos Hær.

Glossa. Quædam culpæ in hoc seculo laxantur, quædam uerò, paruæ scilicet, etiam in futuro, quæ quidem post mortem grauant, sed & dimittuntur, si homo bonis actibus in hac uita, ut ibi dimittantur, promeruit. In eundẽ locum.

Huc & illud Apostoli quoq; pertinet: In nomine (inquit) Iesu flectetur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Item: Audiui omnem creaturam, quæ est in cœlo, super terram, & infra terram, dicentem sedenti in throno & agno: benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Ad Philip. 2. Apocalip. c. 5.

Hæc sanè, et si qua id genus sunt alia, æternæ damnationis laqueo implicitis, plano sensu accommodari non possunt: Neq; enim illi diuinæ Maiestati benè quandoq; uolunt, aut precantur: aut uoluntatis genua eidem incuruant: quin potius insana illorum in Deum Opt: Max: maledicta in secula seculorum ascendunt. Non (inquit) Dauid mortui laudabunt te, neq; omnes qui descendunt in infernum. Rursum: In inferno autem quis confitebitur tibi? Sed neq; concinnè satis de sanctorum Patrum spiritibus hæc exponuntur: Quandoquidem dum isthæc Apostoli de honore, & obseruantia, quæ Christo Domino nostro, cum à superis, tum etiam ab inferis impenditur, disserebant, Patrum limbus iam tum dudum fuerat exhaustus. Iam enim multò ante Dominus noster captiuam duxerat captiuitatem, dederatq; dona hominibus. Psal 113. Psal. 8. Ad Ephes. 4.

Non desunt graues authores, qui alia quoq; eisdem è fontibus, ueluti loci huius propria, in medium adferunt: Cuiusmodi inter cætera non pauca sunt, quæ hic modò nullo certo ordine seruato, subijcimus. Transiuimus (inquiunt iusti) per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Item: Ne læteris inimica super me, quia cecidi: consurgam quum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quia peccaui ei, donec causam Psalm. 76. Or. ho. 25. in Nu. Amb. in Psa. 118. Michææ 7. Hier. in eundẽ lo. Et glos. ord.

meam iudicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, uidebo iustitiam eius. Item: Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Item: Ecce uenit, dicit Dñs exercituum: Et quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim est quasi ignis conflans, & emundans argentum. Item: Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Item: Cum dixerint ad uos, quærite à pythonibus & diuinis, qui studem incantationibus suis, Nunquid non populus à Deo suo requiret uisionem pro uiuis & mortuis? Item: Facite uobis amicos de Mamona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Item: Ipse uos baptizabit Spiritu sancto & igne. Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Item: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit consilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Item: Esto consentiens aduersario tuo dum es in uia, ne tradat te iudici, & iudex ministro, & in carcerem mitteris. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Item: Qui scit fratrem suum peccare, peccato non ad mortem, petat & dabitur ei uita, peccanti peccato non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non dico ut oret quis pro illo. Est aũt peccatum ad mortem, teste Aug. fidem, quæ per dilectionem operatur, usq; ad mortem deserere. Nec id immeritò: Est enim fides totius spiritualis uitæ basis & fundamentum. Qui ergo ad mortem usq; fidem deserit, Catholicæq; Ecclesiæ doctrinam contemnit, indignus est prorsus, pro quo mortalium quisquam oret. Et quia Apostolus peccatum hic diuidit, in peccatum ad mortem, & in peccatum non ad mortem: Si peccatum ad mortem est fidem ad supremum usq; uitæ halitũ deserere, à contrario sensu, peccatum non ad mortem, erit quodcunq; peccatũ à prædicto diuersum: (Ponitur .n. uera pœnitudine ante mortẽ inductum esse.) Atq; ita secundũ D. Io. doctrinam, et perpetuam Ecclesiæ praxin, pro eiusmodi peccato orare, fas erit, pro altero nequaq̃. Item: Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni: Non eis utiq;, quos is in semetipso patiebatur (ut insulsissimè interpretati sunt hunc locum nonnulli Sectarij) sed quos in suis ipse membris patiebatur. Non aliter (inquit Aug:) accipiendum est, quod dictum est, quem Deus suscitauit à mortuis solutis doloribus inferni: nisi quod quorundam dolores, eum apud inferos solauisse accipiamus, ea potestate, qua Dñs est: Cui omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Psal. 17. Aug. in eundem Psal. 37.

Malac. 1. 2. Aug. li. 20. de ciu. c. 25.

Esa. 4. Petr. Ciu. epist. 186. Petrobr.

Esa 8. Idē Petrus Abbas cōtr. eosdē

Luc. 16. Hiero in Epitap. Fabiolæ.

Matth. 3. Hier. in c. 3. Mat. Bas. lib. de Spiritu s. c. 15. Glos. ord. in idē c. Beda in c. 3. Luc.

Matth. 5. Chrys. in c. 5. Matth.

Mat. 5. Ori ep. ad Rom. Cyp. lib. 4. ept. 2. Hier. ept. ad Demc. Amb. in c. 12. Luc. Glo. ord. in c. 5. Matth. 1. Io. 5. Fortis. Christi Athleta. Ioan. Rof. in trac. de Purg. Lib. de con. c. 12.

Actor. 2.

12. super Gene. ad literam, c. 33.

His, & illa quoq; non immeritò addideris. Deus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit. Item: Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. Item: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quia eruisti animam meam ex inferno inferiori. Item: Tu quoq; in sanguine testamenti eduxisti uinctos de lacu, in quo non erat aqua. Item: Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? 1.Reg. 2. Psal. 48. Psal. 85. Zacha. 9. Iob 4.

Hæc profectò, quòd generalia sint, ad nullam certam locorum aut temporum differentiam restricta, ad Patres in limbo quondã detentos, præcisè referri non queunt. Multò uerò minus ad iniquos æterni ignis flammis perpetuò addictos, ut qui ex inemersabili illo damnationis suæ barathro, nullo unq̃ tempore euasuri sint: Et cum alij, præter eos, quos Purgatorium tenet, de quibus rectè exponi hæc possint, nulli omnino occurrant, fit, ut id genus locorum uix ullô aliô commodius, quàm huc referri ualeat.

Et quamuis non inficiemur, quin hæc ipsa, si non in totum, saltem in partem, aliam quoq; interpretationem recipiant, hoc tamen, uel nostro instituto, uel Patrum expositioni, nullum præiudicium generat. Nam ex sacris compertum habemus, unum idemq; Spiritus sancti oraculum, plura nonnunq̃ in se mysteria continere, pluresq; sensus, etiam literales, nedum mysticos (qui & ipsi tamen non contemnendam probandi uim habent) quandoq; recipere: licèt interim cuilibet fas non sit, cuius literæ quosuis sensus affingere: sed eos duntaxat, qui uel ab Ecclesia recepti sunt, uel ab eadem non reiecti. Psal. 2. Matth. 2. Ose. 11. Heb. 1. 2.Reg. 7.

Huc deniq; apertè faciunt, ieiunia illa Dauidis & habitatorum Iabes Galaath, Saulis & filiorum eius causa, ad septimum usq; diem producta: Nam etsi in luctus significationem suscepta uideri queant, multò tamen uerisimilius est, tam diuturnam inediam, corporumque macerationem, non tam luctus, quàm patriæ consuetudinis ergo, usurpatam fuisse: Eà nimirum de causa, quòd apud Iudæos legitimum esset, pro mortuorum salute, ad tempus sese afflictare. 1.Reg. vltimo. 2.Reg primo.

Quo etiam disertè alludit Apostolus, dum ait. Alioqui quid faciunt, qui pro mortuis baptizantur, si mortui non resurgunt? quasi dicat: Quid pro mortuis sese macerant & affligunt, si eiusmodi afflictiones mortuis nihil prosunt? Nam hoc quoq;, inter cætera, baptizandi uerbum significare, ex Euangelicis literis manifestum est. Alio (inquit Christus) Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiam illud? Rursum: Potestis calicem bibere, quem ego bibiturus sum? et Baptismo quo ego baptizor, baptizari? 1.Cor.15. Luc.12. Mar. 10.

His Scripturarum teſtimonijs accedit perpetuus Eccleſiarum omnium uſus, conſtanſq; Sanctorum omnium traditio, ad quoduis fidei dogma conſtituendum, uel confirmandum, non minus efficacia, quàm uerbum ipſum ſcriptum. Euangelio (inquit D. Auguſt.) non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ authoritas commoueret.

Contra Epiſt. Manichæi c. 5.

Non poteſt quidem Eccleſia, quod intrinſecè nothum eſt, ſua definitione germanum efficere, at poteſt tamen authoritate ſua interpoſita, certò inter hoc & illud diſcernere: Et ni hoc fecerit, id quoq;, quod reuera Διόπνευσον eſt. τοῦ Ἁγίου καὶ τοῦ Διοπνεύσου robur non obtinet.

Purgatorium eſſe, ſucceſſorum D. Petri authoritate oſtenditur.

Clem. epiſt. 1. ad fratrem Domini.

INfirmos (inquit D. Petrus, referente Clemente Pontifice Max.) oportet uiſitare, ſitientes potare, nudos ueſtire, mortuos ſepelire, & diligenter eorum exequias peragere, proijſq; orare, & eleemoſynas dare etc.

In Conc. 6. Rom. 16. q. 1. c. In Canonibus.

Symmachus. Valdè iniquum, et ingens ſacrilegium eſt, quæcunq; uel pro remedio peccatorum, uel pro ſalute animarum ſuarum aut requie, unuſquiſq; uenerabili Eccleſiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his, à quibus maximè ſeruari conuenit Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus, & ſuper omnia à Principibus & primis Regionum, in aliud transferri, uel conuerti.

4. Dialo. c. 15.

Gregorius, Si culpæ poſt mortem inſolubiles non ſunt, multum ſolet animas, etiam poſt mortem ſacra oblatio Hoſtiæ Salutaris adiuuare, ita ut hanc nonnunq; ipſæ animæ defunctorum expetere uideantur.

Epiſt. ad Bon.

Gregorius eius nominis ſecundus: Pro obeuntibus conſuluiſſe dignoſceris, ſi licèt oblationes offerre. Sancta ſic tenet Eccleſia: ut quiſq; pro ſuis mortuis uerè Chriſtianis offerat oblationes: ut Preſbyter eorum memoriam faciat. Et quamuis omnes peccato ſubiaciamus, congruit tamen, ut Sacerdos pro mortuis Catholicis memoriam faciat & intercedat: non tamen pro impijs, quamuis Chriſtiani fuerint, tale quid agere liceбit.

De celeb. Miſſæ, c. Cum Marthæ.

Innocentius eius nominis tertius. Quod in plerisq; orationibus continetur: proſit uel proficiat huic Sancto uel illi talis oblatio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, ut ad hoc proſit, quod magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: Et paucis interiectis addit: Vtrum in hoc articulo locum habeat illa diſtinctio, qua docetur: quod defunctorum alij ſint ualde boni:

boni: alij ualdè mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: Vnde suffragia, quæ fiunt à fidelibus in Ecclesia, pro ualdè bonis actiones sunt gratiarum: pro ualdè malis consolationes uiuorum: expiationes uerò pro mediocriter bonis: & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget.

Eugenius quartus. Definimus si uerè pœnitentes in Dei charitate decesserint, anteq̃ dignis pœnitentiæ fructibus, de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis Purgatorij purgari, & ut pœnis huiusmodi releuentur, prodesse his uiuorum suffragia, Missarum uidelicet Sacrificia, orationes & eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ institutа. In decreto vnionis Conc. Flor.

Cui decreto Ioseph Patriarcha Constantinopolitanus morti iam uicinus, hoc uerborum tenore subscribit. Quoniam (inquit) ad extremum uitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere dilectis filijs benignitatem Dei, his literis palam faciam: Nam quæ Domini nostri Iesu Christi, Catholica & Apostolica Ecclesia Romæ ueteris sentit ac celebrat, ea omnia me quoq; sentire credereq; profiteor, ac ipsis plurimum acquiesco: Beatissimum autem Patrum Patrem ueteris Romæ Papam, Domini nostri Iesu Christi Vicarium esse credo, ac animarum Purgatorium esse non inficior.

Eodem pertinent innumera penè summorum Pontificum diplomata, quibus uel Venias defunctorum spiritibus impertiuntur, uel noui quippiam, circa sacrosanctum Altaris sacrificium constituunt.

Purgatorij fides ex Synodorum decretis confirmatur.

Carthag: Conc. 3. Placuit ut Sacramenta altaris, non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto uno die Anniuersario, quo cœna Domini celebratur: Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siue cæterorum commemoratio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur. Can. 29. De cons. d. 1. et Sacramenta.

Carthag. Conc. 4. Pœnitentes, qui attentè leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, uel in mari mortui fuerint, ubi eis subueniri non possit, memoria eorum, & orationibus & oblationibus commendetur. Idem rursum. Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesijs, aut cum difficultate reddunt, tanq̃ egenium necatores, excommunicentur. Ca. 79. 26. q. 7. c. Sacerdos. Can. 95.

Can.2. 13.q. 2. Qui oblationes.

Concilium Vasense. Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesijs tradere demorantur, ut infideles ab Ecclesia sunt abijciendi: quia usq; ad eximanitionem fidei peruenire certum est, hanc pientis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, uotorum plenitudine: & pauperes consolatione aliomoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur: Hi ergo tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde & quidam Patrum (Hiero:) hoc scriptis suis inseruit congruenti sententia, qua ait: Amico quicq; rapere, furtum est, Ecclesiam uerò fraudare, sacrilegium est.

12.q.1.c. Gloria.

Can. 61

Idem rursum. In omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, siue in alijs, quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, semper Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine, quo ad Missas publicas dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis uox, etiamsi diu noctuq; possit dici, fastidium non poterit generare.

Can. 41

Concilium Valentinum Hispanum. Si Antistes repentino obitu decesserit, & collimitanei Sacerdotes (ut fieri solet) de longinquo minimè adesse potuerint, una die tantum cum sua nocte, exanimatum corpusculum Sacerdotis maneat: Nec sine fratrum & religiosorum frequentia, uel psallentium excubatione seruatum, à Presbyteris cum omni diligentia in loco conditum seorsum, non statim humetur: sed honorificè commendetur, donec sine mora inuitato undecunq; Pontifice, Sacerdotis corpus ab ipso solenniter, ut decet, tumuletur.

Can. 14.

Concilium Aurelianense secundum: Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerunt interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur proprijs manibus intulisse.

Can. 34.

Concilium Bracharense primum. Qui sibi ipsis quolibet modo culpabili inferunt mortem, nulla pro ijs fiat commemoratio, nec cum Psalmis sepeliantur. Et infra. Si quid ex collatione fidelium, aut per festiuitates Martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur, & constituto tempore, aut semel, aut bis in anno, inter omnes clericos diuidatur.

Can. 39.

Can. 10.

Concilium Bracharense secundum. Cognouimus quosdam Presbyteros in huius præsumptionis audacia retineri, ut Missas mortuorum etiam post acceptum merum uel oblationem, auisi sunt consecrare: Ideoq; hac præfixa euidentis sententiæ admonitione seruetur, ut si quis Presbyter, post hoc edictum nostrum, amplius in hac uæsania fuerit deprehensus, hoc est non ieiunans,

num, sed quocunq; cibo præsumpto oblationem consecrauerit in Altari, continuò officio priuatus, à proprio Episcopo deponatur.

Ex Concilio Martini Papæ. Non oportet Clericos ignaros & præsumptuosos, super monumenta in campum ministeria, uel altaria portare, aut distribuere Sacramenta: sed aut in Ecclesia, aut in Basilica, ubi Martyrum reliquiæ sunt depositæ, ubi pro defunctis oblationes offerri solent. De conſ. d. 1. Non oportet.

Concilium Antisiodorense. Quicunq; se propria uoluntate in aquam iactauerit, aut collo ligatus se suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione uoluntariæ se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur. Can. 17.

Concilium Vuormacience: His qui suspenduntur in patibulis ne denegetur sepultura, & oblationes pro ijs fiant, & Missæ celebrentur. etc. Can. 101.

Concilium Triburiense. Vbicunq; facultas rerum, aut temporum opportunitas suppetit, sepulturam morientium apud Ecclesiam, ubi est Episcopi sedes, ordinamus celebrari: Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adiacentem alicuius importunitatem impossibile uideatur, expectet eum terra sepulturæ suæ, quo canonicorum aut monachorum, siue sanctimonialium congregatio communiter degit, ut eorum orationibus iudici suo commendatus occurrat, & remissionem delictorum, quam meritò non obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Idem rursus: Interdictum sit omnibus Christianis, terram mortuis uendere, & debitam sepulturam denegare: nisi fortè proximi aut defuncti amici, propter nomen Dei, & redemptionem animæ uiri, gratis donare uelint. Iterum: Si inuentus fuerit quis furtum, aut rapinam exercere: & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare, & eleemosyna pro eo data, in memoriam nec clericorum, nec pauperum ueniat, sed execrabilis fordescat. Cap. 15. Cap. 16. Cap. 30.

Concilium Toletanum septimum. Si quis sacerdotum ad humanda decedentis Episcopi membra uenire commonitus, distulerit, appellantibus clericis, obeuntis Episcopi, tẽpore anni unius, nec faciendi Missam, nec cõmunicandi omnino habeat licentiam. Presbyteri autem & cæteri clerici, quibus maior honoris locus, apud eandem Ecclesiam fuerit, cuius Sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequijs, aut iam mortui, aut iam morituri ad commonendum Episcopum tardi inueniantur, totius anni spacio, ad pœnitentiam in monasterijs deputentur. Can. 2.

Concilium

26.q. 6. c. Si alliquis.

Concilium Epanense. Si aliqu's fuerit mortuus, qui iam sit confessus, & testimonium habeat bonum, & non poterit uenire ad Sacerdotem, si præoccupauerit eum mors in domo, aut in uia, faciat pro eo oblationem ad altare parentis eius, & det redemptionem pro captiuis.

De conf. d. 1. c. visum est.

Concilium Gabilonense. Visum est præterea nobis, ut in omnibus Missarum solennibus prospiritibus defunctorum loco competenti, in Ecclesia ad Dominum deprecetur: Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro uiuentibus, & quibuslibet necessitatibus Dominum deprecemur, ita nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium, preces Domino in Missarum solennibus fundantur.

Can. 21.

Concilium Toletanum tertium. Qui diuina uocatione, ab hac uita recedunt, cum Psalmis tantummodò & Psalentium uocibus debent ad sepulturam deferri.

Can. 66. De Simonia, c. ad Apostolicam.

Concilium Lateranense Maximum. Ad Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quod quidam Clerici, pro exequijs mortuorum, & benedictione nubentium, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent, & si fortè cupiditati eorum non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt etc.

Sess. 8. art. 5.

Concilium Constantiense inter alios, quos cõdemnat Ioannis Vuiclefij articulos, eum etiam recenset, quo asserit, non esse fundatum in Euangelio, quod Christus Missam, in qua solenni ritu pro defunctorum salute oratur, ordinauerit.

In decreto vnionis.

Concilium Florentinum. Accipite potestatẽ offerendi sacrificium in ecclesia Dei, pro uiuis & defunctis. Et paulò ante, Definimus pœnitentes, qui in Dei charitate decesserunt anteq̃ dignis pœnitentiæ fructibus, de commissis satisfecerint, eorum animas pœnis purgatorijs purgari etc.

Sess. 6. can. 30.

Concilium Tridentinum. Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti, ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, uel in hoc seculo, uel in futuro in Purgatorio, anteq̃ ad regna cœlorum aditus patere possit, anathema sit. Eadem rursum confirmat sess: 25. c. 7.

Purgatorium

D. Iacobus Hierosolymorum Antistes: *Memento Domine Deus noster, spirituum uniuersæ carnis, quorum memoriam egimus, & quorum non egimus orthodoxorum & rectè de fide semientium, ab Abel iusto usq; ad hodiernum diem. Fac eos requiescere in regione uiuentium, in regno tuo, in delicijs paradisi etc.* Cæterũ quòd liturgia hæc, non ab alio, q̃ á D. Iacobo edita sit, id, *præter Proclum, Nicolaum Methones Episcopum, Marcum Ephesinum, Bessarionem Cardinalem, Gratianum, disertißimis uerbis testatur Synodus Trullana.* In Lyturgia sua c. 32.

Quoniã (inquit) nouimus in Armeniorũ regione, uinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes, qui incruentum Sacrificiũ peragunt: prætexentes Ecclesiæ doctorem Ioannem Chrysostomum in interpretatione Matth. hoc asserentem: ut iam nunc ab ignorantia liberentur, illius Patris mentem orthodoxè aperimus. Cum enim antiquam Hydroparastarum hæresim, qui pro uino, sola aqua in Sacrificio usi sunt, subuerteret, illam orationem composuit, in qua aqua in Sacrificio Missæ adiunctionẽ amouere illi existimant: Cum tamen non doceat Sanctus per solum uinum oblationem fieri: quandoquidem & suæ Ecclesiæ, ubi est illi pastoralis administratio tradita, aquam uino miscendam tradidit, quando incruentum peragi Sacrificium oportet: ex precioso & honorando nostri Redemptoris sanguine & aqua, contemperationem attendens, quæ in totius mundi uiuificationem effusa est, & peccatorum redemptionem. Et in omni etiã Ecclesia, ubi spiritalia luminaria resulserunt hic ordo diuinitus traditus seruatur. Nam & Iacobus Domini nostri Iesu Christi, secundum carnem frater, & Basilius Cæsariensis Episcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis in scripto tradito Sacrificio, ita peragendũ in sacro mysterio ex aqua & uino sacrum poculum ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt sancti Patres, ita aperte tradiderunt: Si quis ergo Episcopus, uel Presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit, deponatur, ut imperfectè ac simpliciter mysterium enuncians, & quæ tradita sunt, innouans. De conf. d. 1. c. Iacobus.

Dionysius, Εἶτα προσελθὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης, εὐχὴν ἱερὰν ἐπὶ τῷ κεκοιμημένῳ ποιεῖται καὶ μετὰ πολλῆς εὐχῆς, αὐτός τε ὁ ἱεράρχης αὐτὸν ἀναπάλσεται, & ἑξῆς οἱ παρόντες ἅπαντες. καὶ μὴν δῶν εὐχὴ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος δέῃται, πάντα μὲν ἀφεῖναι τὰ δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἡμαρτημένα τῷ κεκοιμημένῳ, καταταξαι δὲ αὐτὸν εἰς φωτεινὸν Ecclef. Hier. c. 7. parte 3.

χώρᾳ ζώντων, εἰς κόλπους ἀβραὰμ, καὶ ἰσαὰκ, καὶ ἰακὼβ, ἐν τόπῳ δὲ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός.

Deinde accedens summus Sacerdos orationem sacratissimam super eo (defuncto) facit, & post orationem ipse summus Sacerdos salutat dormientem, et post eum præsentes oēs. Precatur autem diuinam clementiam, ut cuncta dimittat, per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumq; in luce statuat, & regione uiuorum, in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob: in loco ubi aufugit dolor, tristitia, & gemitus.

Lib. 8. c. 11. in Epist. ad Rom.

Origines: Verum hæc ipsa purgatio, quæ per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantisue seculis de peccatoribus exigat cruciatus, solus scire potest ille, cui pater omne iudicium tradidit. Idem: Veniendum ergo est omnibus ad ignem, ueniendum ad conflatorium: Sedet Dominus conflat, & purgat filios Leui. Sed & illuc conuenitur: si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanq̃ plumbum igni resoluitur, ac purgatur: & totum remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut etsi parum aliquid auri sit, purgatum tamen residat. Quod si aliquis totus plumbeus illuc uenerit, fiet de illo, hoc quod scriptum est: Demergatur in profundum, tanq̃ plumbum in aqua ualidissima.

Hom. 6. in Exo.

Malachiæ 3.

Athanasius: Si quis diem obierit, licèt in aërem deponatur inhumatus, ne omiseris oleum & ceram, inuocato Christo Deo, ad sepulchrum accendere. Accepta enim Deo sunt; plurimamq; secum referunt retributionem. Oleum enim & cera holocaustum est: incruentæ autem hostiæ oblatio, propitiatio est: quod uerò in pauperes collocatur beneficium, omnis bonæ retributionis argumentum est.

Orat. 71

Gregor. Nazianzenus: Deo animas nostras addicamus, nec non & eorum, qui ante nos sunt dissoluti, tanq̃ qui in uia iam fuerè paratiori. Et infra: Nunc (inquit) o uitæ & mortis Domine, suscipe Cæsareum peregrinationis nostræ primitias, sine nouissimum primum, tuis concedimus rationibus, quibus omnia feruntur.

Ibidem sub finē.

In Liturgia, præcatione 3. quæ dicitur in die Pentecostes.

Basilius: Qui in ipso perfectissimo et salutari festo, supplices quidem expiationes, pro his, qui in inferis detinentur, suscipere dignatus es, exaudi nos te rogantes, quoniā non mortui laudabunt te, nec qui sunt in inferno confitebuntur tibi: sed nos qui uiuimus, pro eorum animis supplicamus. Rursum: Memento Deus omnium dormientium, in spe resurrectionis uitæ æternæ, refrigera eos ubi uisitat lux uultus tui.

Ibidem.

Chrysostomus:

Chryſoſtomus: Cur poſt mortem tuorum pauperet conuocas? Cur Preſbyteros, ut uelint pro eo orare, obſecras? Non ignoro te reſponſurum, ut defunctus requiem adipiſcatur, ut propitiũ iudicem inueniat. Rurſum: Deflea- Homil. 32. in Matt.
mus iſtos (mortuos) inuemus eos pro uiribus, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem, attamẽ inuemus eos. Quomodo? qua ratione? precantes adhortemur & alios, ut pro ipſis orent, pauperibus indeſinenter pro illis eleemoſynas demus etc. Et alibi rurſum: Nõ temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, nempe ut in tremendis myſterijs defunctorum agatur cõmemoratio. Homil. 21 in c. 1. ad Philip.

Damaſcenus: Serpens ille, cuius ſtudium eſt bona Deoq; accepta opera uitiare, iugulare, hoſtiles dolos ſtruere, q et fraterna charitate percellitur, fide diſrumpitur, compaßione rotatur, ut eſt præuaricator legum, nõnullis inſpirat figmentum adulterinum, ſacrisq; conſtitutionibus aduerſum, nempe bona opera, gratiq; Deo opera omnia, defunctis nihil prodeſſe. Serm. de his qui in fide dormierũt.

Theophylactus: Oblationes & diſtributiones, quæ fiunt pro defunctis, non parum conducunt etiam his, qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Non omnino igitur, poſtraq; occidit, mittit in gehennam: ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſſes per eleemoſynas & interceßiones propitium reddere dominum, qui poteſtatem habet mittendi, non ſemper autem poteſtate hac utentem, ſed & ualentem remittere quiddam. In c. 12. Lucæ.

Epiphanius: Quod (inquit) proferantur nomina uita defunctorũ quid magis utile? Quid commodius, quàm quod præſentes credunt, quod hi, qui deceſſerunt uiuunt, & non ſunt nulli, ſed ſunt & uiuunt apud Dominum? Et infra: Proſunt autem & preces, quæ pro ipſis fiunt, etiamſi totam culpam non abſcindant. Deinde uerò rurſus ad propoſiti argumenti ſequentiam ueniam, quod Eccleſia neceſſario hoc perficit, traditione à Patribus accepta, Quis autem poterit ſtatutum matris diſſoluere? aut legem patris? Contra hæreſes Arcti li. 3. hær. 79

Tertullia: Et iam apud Deum repete, pro cuius ſpiritu poſtules, pro quo oblationes annuas reddas. Rurſum: Ergo perſeueret in ea cum eo neceſſe eſt, quem cũ repudiare nõ poterit, nec ſic quidẽ nuptura ſi repudiare potuiſſet, et pro anima eius (defuncti mariti) oret, et refrigeriũ interim adpoſtu'et ei, et in prima reſurrectione conſortiũ et offerat annu's dieb. dormitionis eius. In exhort. ad caſtitatem. Libro de Monogamia.

Cyprianus: Sacrificia (inquit) pro eis (Celerina, Laurentio, et Ignatio) ſemper, ut meminiſtis offerimus, quoties martyrũ paßiones, et dies annuerſarios cũ adoratione celebramus. Rurſum: Quod (inquit) Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſe conſiderantes cenſuerũt, ne quis frater excedẽs ad tutelam, uel curã clericũ nominaret, ac ſi quis hoc feciſſet, nõ offerretur pro eo, nec Sacrificiũ pro dormitione eius celebraretur. Lib. 4. epiſt. 5. Lib. 1. epiſt. 9.

In vita Paulæ. Hieronymus. Ex hinc non ululatus, non planctus, ut inter seculi homines fieri solet, sed Psalmorum linguis diuersis examina concrepabant. Et infrà: Hebræo, Græco, Latino, Syroq; sermone Psalmi in ordine personabant, non solum triduo, donec subter Ecclesiam, & iuxta specum Domini conderetur: sed per omnem hebdomadam, cunctis, qui uenerant suum funus, & propria credentibus lachrymas. Rursum. Nec dum spiritum exhalauerat, & iam fama uolans tanti prænuncia luctus, totius urbis populum ad exequias congregabat, Sonabant Psalmi, & auratæ tectæ templorum, reboans in sublime quatiebat alleluia: hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes fœmineas & facta ferant.

In Epitaphio Fabiolæ.

In orat. funebri Gratia. & Valen. Ambrosius. Beati ambo, si quid orationes meæ ualebunt, Nulla dies uos silentio præteribit: nulla inhonoratos uos mea transibit oratio: nulla nox non donatos aliqua precum mearum connexione transcurret, Omnibus uos oblationibus frequentabo. Rursum: Tibi nunc omnipotens Deus innoxiam commendo animam (Satyri): tibi hostiam meam offero, cape propitius, ac serenius fraternum munus, Sacrificium Sacerdotis, hæc mei iam libamina præmitto. Idem: Da requiem perfecto seruo tuo Theodosio, requiem, quam præparasti Sanctis tuis, illo conuertatur anima eius, unde descendit.

In oratione funeb. Satyri fratris sui.

super obitu Theodosij.

Li. 9. cõfes. c. 12. Augustinus. Cum corpus matris meæ Monicæ elatum est, imus & redimus sine lachrymis. Nam neq; in ijs precibus, quas tibi fudimus cum offereretur pro ea Sacrificiũ precij nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere, priusq; deponeretur, sicut illic fieri solet: nec in ijs precibus ego fleui.

Lib. 21. c. 13. de Ciuit. Idem. Temporaneas pœnas, alij in hac uita tantum, alij post mortem, alij & nunc & tunc, uerumtamen ante iudicium illud seuerissimum nouissimumq; patiuntur.

In vita D. Aug. Possidonius. Membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu atq; auditu, ut scriptum est, nobis adstantibus & uidentibus, ac cum eo pariter orantibus, obdormiuit in pace, cum patribus suis enutritus in bona senectute: & nobis coram positis. Pro eius commendanda corporis depositione, Sacrificium Deo oblatum est, & sepultus est. Testamentum autem nullum fecit, quia unde faceret, pauper Christi non habuit.

Lib. Dial. 2. c. 23. Gregorius. Eas quippe, se communione priuare dixerat, nisi mores suos, & uerba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui mœrore indicatum est: qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens: Ite & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & ulterius excommunicatæ non erunt, Quæ dum pro ijs oblatio fuisset immolata, & á Diacono iuxta morem clamatum est, ut

est, ut non communicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ulterius nisæ non sunt.

Paulinus Episcopus Nolanus. Veniam ad prædicationem operum tuorum, & ad pios actus, Suæ enim cuiq; parti debita persoluisti: Lachrymas fundens corpori, eleemosynas uerò animæ infundens. Et infra. Illa (uxor tua) tuis honoratur meritis: tuis iam pascitur panibus: tuis affluit opibus. Epistola ad Pammachium super obitu uxoris.

Item. Petimus ut paterna affectione compatiens huic nostro dolori meminisse digneris, illum quondam spiritalem tibi filium gratia Dei fisse progenitum: & ideo tuæ specialiter curæ hanc esse causam, ne pietatem tuam, quæ de nobis filijs gloriabatur, dilapidata hæreditariæ portionis substantia, confundamus: sed potius ut, orationibus tuis condonetur tibi, ut & illius animam, uel de minimo sanctitatis tuæ digito distillans refrigerij gutta respergat. Similia comperias, non solum apud reliquos Ecclesiæ Patres, Bernardum, Burchardum, Iuonem, Thomam, Albertum, etc. uerumetiam apud nonnullos sæculi huius sectarios. Epistola 5. ad Delphinum.

Certissimè apud me constat (inquiebat pridem Lutherus) Purgatorium esse: neq; adeo mouet, quidquid hæretici oblaterent, cum iam ante mille centum annos D. Aug: in lib. suarum confessionum pro parentibus suis oret, curet etiam pro ijsdem orari: ipsaq; adeo mater eius, iam iam moriens (ita enim scribit) uoluerit sui memoriam fieri ad altare Domini. Et ut maximè temporibus Apostolorum Purgatorium non fuisset, ueluti molestus superbit Picardus, ideo ne credendum statim hæretico quinquagima uix dum annorum? Aut ideo pertinaciter contendendum, fidem hanc, quæ tot perdurauit annos falsam esse, & irritam? In resol. indul. conf. 15.

Rursum. Ego (inquit) qui credo fortiter, imò ausum dicere scio, Purgatorium esse, facilè persuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem. Et paulò post. Nolo (inquit) mihi suspicionem fieri, quod faueam hæreticis, aut Bohemis. Ego nihil de Purgatorio noui, nisi animas ibi pati, nostris operibus & orationibus iuuandas. Et infra: Ego (inquit) cum beatissimis Patribus Purgatorium esse confiteor, nec tamen est necesse dicere qua uia nouerim Purgatorium. Hactenus Lutherus. In Disp. Lipsiens.

Purgatorium rationis lumine constituitur.

QVod si hac tam densa testium nube non tegeremur, adhuc tamen solo rationis lumine adiuti, deprehendere possemus, non omnes, qui iustificati hinc recedunt, rectâ statim cœlos adire. Primò namq; ex Scripturis

1. Cor. 6. Apo. 22. manifestum est, cœlestæ regnum nullum omnino ligno, fœno, aut stipula onustum, hoc est qualibuscunq; nœuis commaculatum, aut pœnarũ debito obstrictum admittere: Mox humanæ uitæ rationes ea moderatione uix unq; instituí solere, ut nõ uel modicũ interdum à rectitudinis linea exorbitẽt, ad q; ad ultimum usq; uitæ spiritũ: (In multis namq; offendimus oẽs. Et si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosmetipsos seducimus, et ueritas in nobis nõ est.) Postremo non oẽs qui lapsi resurgũt, in integrũ semper restituí: iã uerò utrumcunq; horũ dederis: sublato Purgatorio, alterutrũ è duob. consequatur oportet: nempe ut uel hi, q leuib. quibusdã maculis adhuc aspersi, aut post lapsum in solidum nondum restituti, è uiuis excesserant, æternum pereant: uel certè, ut polluti & imperfecti, cœlorum regnum perpetuò obtineant.

Iaco. 3. 1. Ioã. 1. Rat. 13

Matth. 10. Nec hæc euadunt, qui pœnam omnẽ et culpam unâ cũ morte aboleri contendunt: Nã etsi euasio isthæc, si ad mortem fidei uel religionis causa, à Tyranno illatam, referatur, admitti queat: generatim tamẽ accepta, et falsa est, utpote Scripturæ aduersa, & rectæ quoq; rationi manifestè contraria.

Tho. 3. d. 18. ar. 2. Gen. 2. Etenim ad sensum patet, non omnium animam agentium cruciatus sponte eos esse: quod autem uoluntati aduersum est, id in meritum, uel satisfactionis partem, poni non potest. Omitto hic mortem tametsi per accidens, ex originis labe consequuta sit, necessariam tamen, atq; adeo naturæ nostræ

Thom. 3. d. art. 5. per. q. 29. ar. 6. 8. principijs q̃ maximè consentaneam esse: Nec enim possemus, etiamsi in peccato nati non essemus, naturaliter non mori: merè autem naturalia & necessaria, ut eiusmodi sunt, nullum ex se meritum progignunt.

Nihilominus quia mors, et cætera, quæ huc disponunt, ea ratione naturalia & necessaria existunt, ut tamen simul etiam uoluntatis studio approbari queant, nequaq̃ diffitendum est, qui æquo patientique animo eiusmodi molestias deuorarit, non paruam eos pœnarum reliquarum partem exanclare. Veruntamen an totum illud, quod satisfactionis reliquũ adhuc erat illiusce modi tolerantia semper exhauriant, id ei definiendum relinquimus, qui debitorum dolorumque omnium numeros & modos exactißimè callens, pro sua infinita sapientia & iustitia pœnas culpis quàm optimè commensurare consueuit.

Rat. 21 Adhæc si post absolutum uitæ huius curriculum, præter Cœlum et Infernum, aliæ nullæ, ubi contractæ per incuriam labes eluantur, reliquæ sunt sedes, nullum ergo, quod ad pœnas attinet, discrimen erit inter eos, qui uniuersa uitæ serie, perditißimè transacta, sub ultimam uitæ catastrophã, re-

spuêre,

spuêre, & eos, qui totius uitæ spacio, summa cum integritate & sanctimonia usq; traducto, in pace tandem quieuêre. Atq; ita decretum illud diuinum, quo immotè semel statutum est, noxijs exæquendas esse pœnas: (Quantum (inquit) se glorificauit & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum) Apo. 18. *aliud nihil erit quam somnium quoddam & inane puerorum crepitaculum. Falsum quoq; erit Axioma illud, tanta omnium consensione receptum, &* Rat. 3. *ipsius etiam Lutheri calculo non semel adprobatum: nempe non omnes qui hinc excedunt peßimos esse: nec rursum optimos omnes: sed quosdam medio modo affectos, hoc est (ut eorum uerbis loquar) neq; ualdè bonos, neq; ualdè etiam malos: Friuola deniq;, quod absit, meraq; commenta erunt, quæ* Rat. 4. *de Inferno, de Purgatorio, deque uniuersa alterius uitæ politia, uel diuina reuelatione, uel eorum certè, qui inde in lucem hanc denuo redierant, narratione filijs hominum toties innotuêre.*

Quid quòd hæc ipsa demortuorum exsuscitatio argumento minimè leui Rat. 5. *Purgatorij ueritati attestetur? Nam cum istiusmodi non emerserint ex Inferno: ibi enim, communi lege, nulla est redemptio: nec rursum ex cœlesti paradiso: eo namq; in loco nulla beatitudinis existit adumbratio: consequens fit, ut plæriq; omnes, qui post Christum passum uitæ huic fuêre restituti, haud aliunde, quàm ex Purgatorij carcere, remeauerint: atq; hoc ipsum uitæ ratio, quam illi ipsi exuscitati postea inibant, documentis nequaq̃ obscuris confirmabat.* Matth. 25.

Adde emendatorij ignis huius fidem, mentibus humanis adeo tenaciter Rat. 6. *hærere impressam, ut nulla natio, nulla hominum societas, moribus & legibus mediocriter instituta, hactenus reperta sit, quæ non aliquem saltem parentandi, iustaq; demortuis persoluendi ritum usurpârit: Quemadmodum hoc ipsum non solum apud ueteres poetas, Hom: Verg: & alios eius notæ quamplurimos uidere est, uerumetiam apud primæ claßis Philosophos. Quod si qui secus sensisse aut fecisse leguntur, illi quidem apud ethnicos pro feris & barbaris: apud Christianos uerò pro hæreticis, ueræq; religionis inimicis semper sunt habiti.* Odyss. α. γ. Eneid. 6. Ouid. lib. 2. Fast. Plato in Phæd. Azael lib. 2. c. 5. Phi. Akor. ar. 10.

Deniq; Purgatorium inficiari aliud nihil est, quàm utramq; ex æquo, Synagogam (inquam) & Ecclesiam, grauißimi erroris condemnare, & Rat. 7. *ipsum nihilominus Christum manifestæ uanitatis redarguere: ut qui secus atq; promisit, dilectam sponsam suam in tanto hucusq; errore & cæcitate hærere passus sit.*

Hæc igitur

Hæc igitur cum ita habeant, non debet piè & Catholicè institutus commoueri, aut à priscis illis Christianæ pietatis officijs desistere: (*Nam et hæc*
Rat. 3. *quoq; Purgatorij fides, iam inde ab initio mirificè promouit, promouetq; maiorem in modum quotidie.*) *si qua ex Scripturis uel Patribus aduersarij in medium proferunt, quæ primafronte, Catholicæ huic ueritate refragari nonnihil uidentur. Nam cum istiusmodi omnia apertè sint falsa, dilui possunt: tametsi non cuiuis statim dilutio, quæ aduersarij importunitati, faciat satis, ne menem ueniat. Quæres exemplo palàm ut fiat, uisum est ualidiores aduersariorum arietes huc iam in aciem producere.*

Diluuntur præcipua Sectariorum argumenta.

Matth. 25. OBijcium igitur, Scripturas & Patres duo duntaxat loca agnoscere: Cœlum uidelicet & Gehennam. Ibunt (*inquit Christus*) *hi in sup-*
Eccles. 11. *plicium æternum, iusti uerò in uitam æternam. Item: Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Item: Ve-*
Matth. 25. *nite benedicti Patris mei possidete regnum etc: Ite maledicti in ignem æternum etc.*

Libr. 5. Hypo. Rursum. *Primum* (*inquit Aug.*) *locum, ubi requies est perennis, fides Catholicorum credit esse Cœlum: secundum Gehennam, ubi omnis Apostata, & à fide alienus, æterna experientur supplicia: tertium penitus ignoramus.* Aug. *porrò & Christo astipulatur,* Theophylactus Bulgarorum
In Euang. Matt. Episcopus: *Animæ* (*inquit*) *defunctorum non oberrant in mundo: quia iustorum animæ in manu Dei sunt. Peccatorum animæ hinc abducuntur in Infernum: ut anima diuitis, de quo dictum est: Et sepultus est in inferno.*

Quin ipsa etiam (*inquiunt*) *ratio hanc locorum διάκρισιν postulare uidetur: Nam quotquot hinc recedunt, aut fideles sunt & credunt: aut pagani uel hæretici, & non credunt: iusti uel iniusti: amici uel inimici: filij regni uel filij iræ: Atqui filijs regni debetur hæreditas, Cum dederit* (*inquit*
Psal. 126. *Dauid*) *dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini: filijs autem iræ: diuinæ iræ calix: hoc est perpetuum Inferni incendium. Vnde etiam Epulo*
Luc. 16. *Euangelicus, statim citra ullas inducias ad Tartara: Lazarus uerò mendicus & ulcerosus, ad Abrahæ sinum abductus est.*

Verùm horum & similium omnium, quibus Diabolus per ministros suos quorundam simplicium animos miserrimè fascinat, & tantùm non exæcat, unus omnino est scopus, una ratio, una solutio: Siquidem prædicta omnia huc tendunt,

huc tendunt, ut intelligamus (secluso interim infantium limbo, de quo hoc loco nihil certi definimus. Quamuis ob perpetuam damni pœnam non iniuria Inferno possit accenseri.) Omnia (inquam) huc tendunt, ut intelligamus, non tres aut plures cum Pelagio: sed duas dumaxat perennes animarum sedes constituendas esse: siue eas proprijs nominibus appelles Cœlum & Infernum: siue metaphoricis Austrum & Aquilonem: dexteram & sinistram: Babylonem & ciuitatem sanctam Hierusalem, uel alijs quibuscunq;. Matth. 25.

At id interim nequaq; probibet, quô minus plures temporaneas mansiones constituere liceat: Nam aliâs sancti Patres, qui utiq; Austrum uersus ceciderant, adhuc hærerent in limbo, quod assertu & impium, & á fide planè alienum est. Purgatorium autem non esse aliquod perenne domicilium, sed momentaneum: aut quædam potius angusta uia, per quam rugosa cute nonnihil defricata, ad illum fit transitus locum, in quo nulla offendit oculos macula aut ruga. Ephes. 5.

Porro autem cum addunt humanis excedentes, omnes iustos esse uel peccatores, uasa ignominiæ uel honoris, filios adoptionis uel perditionis: Hoc ita admittimus, ut tamen non idem de omnibus honoris uasis, & adoptionis filijs statuendum esse asseueremus: Nam licèt iusti omnes sint filij, non omnes tamen iusti æquè sunt perfecti, aut, qui ad regnum recipiantur, æquè idonei: sed alij alijs iustiores, regnoq; capessendo digniores. Quod autem ex parte adhuc imperfectum est, id, nisi forsan, quod absit, in æternæ damnationis barathrum abijcere uoles, hic, uel alibi perficiatur, necessum est. Rom. 9. 2. Timot. 2. Gal. 4. Ephes. 1.

Vrgent rursum: Postea q̃ Christus suo nobis sanguine peccatorũ purgationem promeruit, quorsum (obsecro) eũ graui sanguinis eiusdem iniuria, aliud ab ipso Purgatoriũ confingitur? Sed sanè perfectam illam Christi satisfactionem, purgationem, propitiationem, redemptionem etc. ita recipit Ecclesia, ut nihilo tamen secius horum omnium applicationem censeat esse necessariam. Quare ut citra ullam clementissimi Redemptoris contumeliam, sacratissimæ passionis eius uirtutem per fidem, Sacramenta, & alia id genus munia, in nos transfundi, & corde credimus, & ore quoq; profitemur: ita eam ipsam quoq; uirtutem, per Purgatorium ignem quorundam spiritibus communicari, & quodammodo incorporari, nequaq̃ diffitemur: Neq; enim ignis ille ex se, ullam expiandi uim habet, sed ex Christi, cuius instrumentum existit, morte & passione.

Allegant & illud Propheticum: Quotiescunq; (inquit Eze.) ingemuerit peccator pro peccatis suis, omnium iniquitatũ eius nõ recordabor amplius. Ezech. 18.

Apoc.14. Eccles.9. Item illud Apostoli: Beati qui in Domino moriuntur, Amodo enim dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Rursum illud: Quodcunq; potest manus tua operare, quia nec opus, nec scientia, nec ratio erunt apud Inferos, quò tu properas. Verum hæc quoq;, & si qua eius farinæ sunt alia, pari facilitate dilui possunt. Et quidem ad Ezechielem quod spectat, non solum is gemitum à peccatore poscit, uerumetiam pœnitentiam, iudicium, præceptorumq; omnium obseruationem & iustitiam quæ omnia, ut nemo eruditus ignorat, satisfactionis sunt officia. Quare si hæc ad iustũ hic præstita nõ fuerint, alio in loco ab eo præstentur oportet.

Apoc.14. Eccles.9. Ioan.9. Porrò autem D. Ioann: & Ecclesiastes, non de quibuslibet operibus uel laboribus, hæc asseuerant: alioquin enim secum ipsi pugnarent: sed de meritorijs tantùm: cuiusmodi nimirum & is quoq; insinuat, qui noctem, in qua nemo operari poßit, uenire alicubi prædicat. Accedit particulam (Amodo) non τὸ requiescant, sed τὸ moriuntur uerbum, in græca additione afficere: Μακάριοι (inquit) οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀποπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. Hæc si latinè interpreteris, hunc ferè sensum reddunt: Beati in posterum, uel ut noster interpres habet, amodo, qui in Domino moriuntur: Sanè enim dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Et uulgata lectione retenta, aliud adhuc nihil hoc ex loco inferri potest, quam fore ut Sancti post exhaustos pro Christo & propter Christum labores, tandem à molestijs & laboribus omnibus absoluti, æterna illa beatitudine quietè potiantur: id quod nemo sanæ mentis negauit unq̃.

Obijciunt deniq; Græcos, & uetustiores Ecclesiæ Latinæ Patres, Purgatorium non agnouisse: Sed utrumq; & falsum & commentitium esse, iam ante non minus fusè, quàm perspicuè à nobis ostensum est. Quod si qui Græcorum Purgatorium quandoq; reiecissent, uel etiam nunc reijcerent, non ideo tamen non esset: Neq; enim à Græcis toties iam olim fidei naufragium paßis, petenda est fidei regula, sed ob ea Ecclesia, quam hactenus nunq̃ in uera religione sespitasse, aut secùs quàm oportuit, sensisse manifestũ est. Quamuis etiam Theologos Græcos, qui unâ cum Patriarcha & Imperatore suo ad Syn: Florentinam non parua frequentia conuenerant, nihil quicq̃ de Purgatorio: sed tantum de ignis Purgatorij ratione hæsitasse, ex eiusdem Synodi actis, constet clarißimè.

DE

DE PVRGATORII POE-
nis. Pars III.

IN Purgatorio duplex excruciat pœna, damni una, sensus altera: & utraq; insigniter. Cum (inquit D. Augustinus) opus non sit hominis sed Dei, fructifera pœnitentia, inspirare eam potest quandocunq; uult sua misericordia: & remunerare ex misericordia, quos damnare ex iustitia potest. Sed quoniam multa sunt, quæ impedium & languentem retrahunt, periculosissimum & interitui uicinum est protrahere pœnitentiæ remedium: sed magnum est, cui Deus tunc inspirat. Si quis igitur est, qui tunc quærat pœnitentiam, expectet Dei clementiam, maiorẽ sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam conuersus euadat, uita uiuat, et non moriatur: non tñ promittimus, quod euadat oẽm pœnam. Nã prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculũ distulit fructum conuersionis. Hic aũt ignis etsi æternus non sit, miro tñ modo est grauis: Excellit enim oẽm pœnam, quam unq̃ passus est aliquis in hac uita. Nunq̃ in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia pabissint Martyres tormenta, & multi nequiter iniqui, tanta sustinuerunt supplicia. Idẽ rursum: Sed dicit aliquis, Non pertinet (inquis) ad me quamdiu moras habeam, si tñ ad uitam perrexero. Nemo hoc dicat fratres Charissimi: Quia ille Purgatorius ignis durior erit, quam quicquid potest in hoc seculo pœnarum uideri, aut sentiri.

D. Thom. 4. d. 21. q 1 ar 1. q 3. De vera & falsa pœnit. c. 10. & 18. De pœnit. d. 7. c. nullus.

Ser. 41. de sanct.

Et alio idem rursus in loco: Si (inquit) ædificarent aurum, argentum, & lapides pretiosos, de utroq; igne securi essent, non solum de illo æterno, qui in æternum cruciaturus est impios, sed etiam de illo, qui emendabit eos, qui per ignem salui erunt. Dicitur enim: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Et quia saluus erit, contemnitur ab hominibus. Ita planè quamuis salui per ignem: grauior tamen erit ille ignis, quam quicquid homo potest pati in hac uita. Hactenus Augustin. & rectè:

In Psalm. 37.

Nam etsi nulla culpa sit tanta, quæ per Christi gratiam, & dignos pœnitentiæ fructus in hac mortali uita, citra Martyrium, aboleri non queat, tamen quia Deus Opt. Max. patientis uoluntatẽ magis spectat, quam supplicioru grauitatẽ, fit ut reatus pœnæ, qui per exiguo corporis cruciatu in hoc seculo quandoq; expiari poterat, in altero, ubi pœnæ non ultrò (ut hic consuetum est fieri) suscipiuntur: sed pro culparũ ratione, & quantitate ad æquissimi iudicis arbitriũ irrogantur, uix maximis tandẽ pœnarũ imbribus eluantur.

Ezech. 18. D. Tho. 3 d 18. art. 3 q. 2. 4 d 19. q. 2 art. 2. q 3. d. 17. q 2. art. 1. q. 1 d 18. q. 1. art. 3. d. 20 art. 1. 3.

D. Thom q. 7. 2. t. 10. de mal.

Nec hinc tamen consequitur pœnam illam emendatoriam esse omninò uoluntariam: Est enim uoluntaria, licèt non eo modo, quo Martyrium, aut uitæ huius μετάνοια. Etenim uera uitæ huius pœnitentia, quod sponte, nemine prorsus cogente aut imperante, sumatur, absolutè uoluntaria dici potest: Purgatorij uero cruciatus, neq; sponte suscipiuntur, neq; ea quoq; animi promptitudine & alacritate, qua Martyrium solet, à patientis uoluntate acceptantur: (mallent enim, qui in Purgatorio detinentur, si quidem fieri id posset, à pœnis illis immunes esse) sed diuinitus, propter delicta, illati, non secus ferè atq; amara catapotia ab ægris, ab ijsdem deuorantur: citra ullam tamen impatientiam, aut animi perturbationem.

D.Tho.4.d.21. q.1.art.1.q.4.

Hæc autem qualiscunq; pœnarum deprecatio, Charitati non est aduersa, aut aliquo etiam cum uitio coniuncta. Nam præterq̃ quod nullus, in altero seculo, nouo merito aut peccato sit locus: (aliâs enim iusti, & certò iam ad uitam destinati, salutis iacturam facere adhuc possent) nulla etiam pœna, cùm sit malum quoddam, ei præsertim, cui infertur, per se rectè expeti potest, sed tantum per accidens, quatenus nimirum ad magnum aliquod commodum eius perpessione deuenitur.

D.Tho.12.q.87. art.6.4.d.21.q.1. art.q.4.

Vnde ut graui morbo presso, citra peccatum, atq; adeò citra ullam impatientiæ notam, ad sanitatis beneficium auidè anhelare licet, eiusq; recuperandæ causa, quiduis quod legi dissentaneum non sit, pertentare: ita Iustorum animis, salua patientia, diuinaq; amicitia integra, ab immanibus illis supplicijs absolui, Christoq; Redemptori nostro in cœlesti fœlicitate coniungi, ardenter desiderare fas est.

Sed nec altera quoq; pœna, quam damni nomine exprimunt, acerbitatis expers est. Nam cum Sanctorum animæ largo diuinæ gratiæ lumine perfusæ, corporeáq; mole iam exutæ, flagrantissimo originis suæ clarè conuendæ desiderio teneantur, neq; eo tamen beneficio sua præpeditæ culpa, potiri adhuc ualeant, supra quam dici aut credi potest, dilatione illa affligantur.

Psal.41.119. D.Tho.12.q.88. ar.6.4.d.17.q.2. art.3.d.46.m lit. 3.cõ.Gen.c.141.

Solet quidem in hac mortali uita, summum summi illius boni desiderium & amor, ingenti gaudio, spiritaliq; suauitate amantium pectora nonnunq̃ perfundere: Verùm quandò Purgatorium non uoluptatis aut consolationis, sed pœnæ & satisfactionis est locus, mira quadam Dei Opt. Max. dispensatione fieri creditur, ut illud ipsum desiderium, & cætera quoq;, quæ aliâs afflictis mentibus nonnihil uoluptatis adferre assolent, quasi naturæ suæ oblita, nihil istiuscemodi efficiant.

2.Cor.12. D.Tho.3.d.27. q.art.1. 1.q.10. art.2.

De hac damni pœna D. Chrysostomus alicubi sic scriptum reliquit. No-

uimus

nimus (inquit) plærosq; solum Gehennam abhorrere: Ego autem casum illum à gloria Gehenna multo maiorem esse aio: Et addit: Imò si Gehennarum decem millia ponas, adhuc nihil tale est, atq; excidere à beata illa uita. Hæc ille de æterni exilij pœna, quæ tamen moræ seu temporis analogia seruata, hic quoq; locum habere, dubium nullum est. Hom. 23. in Matth.

At interim utraq; Purgatorij pœna ita est acerba, ut sua tamen acerbitate his, qui eo in loco purgationi dant operam, rationis lucem non adimat, aut desperationis laqueum inijciat, aut eorundem etiam patientiam frangat: Hæc enim, & similia omnia in uitium, nouumq; demeritum, quod ne in inferno quidem, nedum in Purgatorio locum habet, apertè degenerant. Io. 9. D. Thom. 22. q. 113. ar. 4. ad 2. 4. d. 21. q. 1. art. 3.

Scripsit librum de mortalitate Cyprianus, (inquit D. August.) in quo propterea dicit, non solum non esse fidelibus inutilem mortem, uerumetiam utilem reperiri, quoniam peccandi periculis hominem subtrahit, & in non peccandi securitate constituit. Ait (inquam) ille peccandi pericula nec deesse in ista uita, nec superesse post istam. Vbi & illud testimonium ponit de libro Sapientiæ: Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Et paulo post: His atq; huiusmodi Doctor ille Sententijs in Catholicæ fidei luce clarissima, satis apertè testatur, usq; ad huius corporis depositionem peccandi pericula, tentationesq; metuendas, deinceps nulla talia quemq̃ esse passurum. Quod etsi non testaretur, quando hac de re Christianus qualiscunq; dubitaret? De prædest. c. 14.

Vndè qui pœnarum Purgatoriarum atrocitate quosdam ita absorberi tradunt, ut planè ubi sunt, aut quo in statu uersentur, non intelligant: Si de eo, quod plurimum accidere solet, id affirmant: non solum Scripturæ & Patrum traditioni, uerum communis quoq; sensus iudicio manifestè repugnant. D. Thom. 4. d. 21. q. 1. q. 4.

Nam cum istiusmodi grauissimis cruciatibus pateant: neq; Deum, primarium beatitudinis obiectum, secus quàm ægnimaticũs, præsens adhuc habeant, facile intelligunt se ueræ perfectæq; illius fælicitatis etiamnum degere exortes: Rursum cùm creatorem & iudicem suum ardenter diligant, paternæq; eiusdem misericordiæ ualidissimè confidant, se eorum è grege, qui in inferno positi, implacabili in Deum Opt. Max. odio perpetuò feruntur, nullaq; omnino potiundæ beatitudinis spe fulciuntur, nequaq̃ esse, certissimè norunt. Deniq; cùm nullius exterioris, interiorisue sensus ministerio utantur, totumq; quod intra sese latitat, clarissimè conspicentur, corporis ergastulo se iam excessisse, nequaq̃ ignorant. D. Aug. de vera & fal. pœnit. c. 16. & 18. & in Psal. 37. Et ser. 141. de Sanct.

Nec obstat his Ecclesiam in funebribus quibusdam precationibus subdu-
bitantis personam uideri assumere: Domine (inquit) Iesu Christe, libera
animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo la-
cu: Libera eas de ore Leonis, ne absorbeat eas Tartarus: Ne cadant in ob-
scurum, sed Signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucē sanctam, quam
olim Abrahæ promisisti, & semini eius: Si quid horum, & si quæ extant aliæ
id genus ἐπιτελουμένης, ἐπικαταλαχούσης ea potissimum de causa precibus fu-
is admiscet, quòd Purgatorij eũ Inferno cognationem, siue loci naturam: siue
cruciatuum acerbitatem spectes, clarè nobis ob oculos ponat.

Orat itaq; pia mater misericordiarum Patrem, ut pro sua immensa cle-
mentia omnium piè defunctorum misereatur, ne Purgatorium, (quod &
Tartarus, & Infernus, & os Leonis, & portæ inferi, & lacus profundus,
et alijs compluribus eiusmodi nominibus, propter causas non ita multo ante
expositas denominatur) eas absorbeat in obscuraue prolabi sinat: hoc est
eò iam prolapsos, diu multumq; detineat: Nam pertinax illa detentio non
immeritò continua quædam absorptio uel demersio, iuris interpretatione
censeri potest.

Psal. 17. 29. 65. Ioh. 4. Zach. 9. Esa. 38.

Hæc tamen expositione, eorum interpretationi nihil derogatum uolumus,
qui eiusmodi precandi formulas, tametsi generales, non generatim tamen ad
omnes, sed speciatim ad eos duntaxat referendas tradunt, quorum finale iu-
dicium adhuc pendet. Nam præter legem quorundam iudicia ad tempus sus-
pendi uel differri posse, ne ipsi quidem aduersarij negant.

Serm. de Diuite & Lazaro.

Quandò (inquit Lutherus) incertos nos reliquit Deus, quæ animarũ sit
conditio, & incertos nos esse oportet, quicquid cũ illis agat Deus: nec uolu-
mus, nec possumus uetare, aut peccato imputare, si qui pro illis orent: Siqui-
dem ex Euangelio docemur plærosq; mortuos resuscitatos esse, qui tñ (fateri
enim id cogimur) finale iudiciũ nondum receperant, Ideo nec de quoq; certi
esse possumus, eum iudicium suum finale recepisse. Id quia incertum est, nec
constat, sit ne anima suo iam condemnata iudicio, peccatum non est, si pro ea
ores: sed ita ut è re incerta certam non facias, sed dicas: Domine si ea est huius
animæ conditio, ut iuuari queat, oro propitius & misericors sis illi. Hæc
Lutherus nondum totus in reprobum sensum traditus.

Vtcunq; prædictas preces interpretêre, certũ est pie defunctorũ spiritus,
purgatorijs flammis quocunq; pacto mancipatos, de sua salute nõ esse incer-
tos: Quamuis fortè quidam eorum de quadã perfectæ salutis, hoc est, gloriæ
πεφυσίωσιν possint esse certiores. Constituunt eũ Scolæ, et rectè, triplicẽ per-
fectæ

ſectæ ſalutis certitudinem: unam patriæ, alteram uiæ, tertiam inter utramq; mediam. Certitudo patriæ, quod ſit gloriæ iam adeptæ, non oẽm ſolùm timorem, ſed oẽm quoq; expectationẽ excludit: Certitudo aũt uiæ ſeu uitæ huius, utrumq; includit, timorem (inq̃) & expectationem: Eſt enim certitudo hæc eorũ, qui adhuc uerſamur in pugna, cuius uictoria plerunq; eſt anceps: Media inter hæc ſalutis certitudine nituntur, q detinentur in Purgatorio. Siquidem hæc Purgatorij certitudo, ita omnem damnationis excludit formidinem, ut tamen beatitudinis expectationem neceſſariò includat. Nec enim illi adhuc peruenerunt ad palmam, ſed huc per tormenta contendunt: nec omnes fortè compertum habent, quando tandem eò ſint peruenturi. 2. Thes. 2. Apoc. 3.

Cæterum inter ſenſus & damni pœnam, hoc pleriq; intercedere putauerunt: nempe quod hæc in quadam priuatione, quæ ſecundum ſe intentionem, aut remiſſionem non admittit, conſiſtens, ex æquo excruciat omnes: illa uerò, quod noxis ad amuſſim commenſuretur, non ex æquo affligat quoſuis, ſed plus minusúe, prout unuſquilibet pluribus paucioribusúe debitis obſtrictus tenetur. D. Thom. 1. q. 11. art. 4. q. 49. ar. 3. 12. q. 22. art. 2.

Verumamen non minori probabilitate ducuntur, qui utramq; pœnam, atrociùs in illos deſæuituram defendunt, qui grauioribus culpis exilium illud promeruerunt: alioquin enim, quod abſurdiſſimum, atq; adeò etiã à ſummi illius æquiſſimiq; iudicis æquitate alieniſſimum eſt: ſceleratiſſimus quiſq; ingentem illam æternæ beatitudinis iacturam, non magis ſentiret, quam infamulus nullo fidei ſacramento ſuſcepto extinctus.

In uitæ huius curriculo, boni impenſiàs expetiti deſiderium ſæuiùs plerunq; afflictat: Verum hoc damnum, ſi quod tamen in altero ſeculo eſt: (nam Patres in Limbo, beatitudinis dilationem pacatiſſimo animo tuliſſe creduntur) aliunde, puta uel celerioris liberationis ſpe, uel maioris gloriæ expectatione, uel priuata aliqua & extraordinaria conſolatione, uel alio deniq; quopiam eiuſmodi, facili negotio compenſari poterit. Nec enim Deo arduum fuerit, quod hic deeſt, illic adiungere, & è diuerſo. D. Tho. 3. q. 52. art. 1. 3. d. 26. q. 2. art. 5.

At utcunq; hæc damni pœna ſe habeat, certum eſt, pœnam ſenſilem non eſſe ubiq; parem: ſed pro meritorum ratione maiorem uel minorem: ſiue eam diuerſitatem ex pœnarum intenſione metiâris, ſiue ex mora, ſiue ex utroq; ſimul.

Cæterùm quũ Deus Opt. Max. oẽs omnium electorũ ſuorum næuos ignis illius miniſterio facilimè queat abolere, ſicut reipſa etiã abolet, nõ ſecus atq;

radijs

D.Tho.4.d.21. q.1.art.1.q.5. radijs solaribus mundum hunc inferiorem illuminat: superuacaneum fuerit, à bonis ne an à malis angelis iuuari in Purgatorio torqueamur, in quæ tionem deuocare. Mitto hic neutros munus hoc plectendi decenter satis obire posse: Sunt enim alteri eorum ciues & socij: alteri in extremo conflicto, à quo victoria denominari solet, ab ijsdem debellati.

DE DEFVNCTORVM suffragijs. Pars IIII.

SVffragiorum nomine neq; politicam aliquam ὑποφοράν, neq; Ecclesiasticam χαροτονίαν hoc loco accipimus: sed quoddam spirituale præsidium, quod charitatis uinculo inter se uniti, per satisfactionis aut intercessionis modum, sibi inuicem impendunt.

Est autem mutua hæc operum communicatio, non solum utilis, nostræque naturæ conditioni quàm maximè consentanea, uerumetiam diuinarum literarum testimonijs insigniter commendata. Alter (inquit Apostolus) alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Et alius rursum: Orate (inquit) pro inuicem ut saluemini. Et illustri exemplo rei huius necessitatem anterior ob oculos ponens, alio in loco hunc denuo in modum scribit.

Galat. 6.

Iacob. 5.

Pro se inuicem (inquit) sollicita sunt membra, & si quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra. Et siue gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membrum de membro. Rursum: Nam & corpus non est unum membrum, sed multa: Si dixerit pes quoniam non sum manus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, unumquodq; eorum in corpore, sicut uoluit. Quod si omnia essent unum membrum, ubi corpus? hæc ille de membrorum inter se κοινωνίᾳ.

1.Cor.12.

Eodem cap.

Est nihilominus non modicum inter naturale & mysticum corpus discrimen: Siquidem in omnibus physici corporis partibus, una duntaxat uita existit, quæ etiam à corde uel capite exorsa, ad reliquias eiusdem corporis partes, certo quodam ordine sese diffundit: neq; ordine illo eodem naturali seruato, se diffundere non potest: Nam ut in solis uiribus non est positum, suum in se lumen citra communicationem continere: aut loco coniunctione reiecto, in remotiorem illud transfundere: ita quoq; in cordis arbitrio

Phil. 2. de anim. T.31.3.de part. animal.c.4.7. & 2.c.10. Alex.1.de anim.c. vlt. Auic.7. Phys.com.4.

neutiq̃

neutiq; ſitum eſt, ſenſum aut motum, citra utriuſuis communicationem in ſe continere, aut uicinoribus corporis partibus neglectis, remotiora tantùm membra uegetare.

At uerò in corpore myſtico longè aliter res habet: Nec enim una dunta xat hic adeſt uita aut uitæ operatio: ſed ſingula Eccleſiæ membra ſuam ſortiuntur uitam, ſuamq; peculiarem operationem. Sicut ſingula quoq; per ſe totum quoddam exiſtunt, nullam neceſſariam cum cæteris connectionem habentia. Sed neq; primum ſpiritalis uitæ huius principium, quod eſt Chriſtus, (Ab eo namq; ueluti à capite, gratiam omnem in myſtica eiuſdem membra deſcendere certum eſt) neceſſariò alicui uitæ ſpiritum influit: Sed liberè cui uult, quando uult, prout uult, quibuſcunq; tandem influit, eundem influit: idq; nulla ordinis aut perſonarum habita ratione: Neq; enim priùs conuertit Sacerdotum Principes, uel Iudæorum proceres, & per hos reliquum Palæſtinæ uulgus: ſed membris illis primarijs poſthabitis, Apoſtolos, aliosq; nõ paucos ex infima plebe Iudæos, in gratiæ ſuæ κοινωνίαν recepit. Ioan. 5. Matth. 20. Rom. 3.

Habet autem hæc ſpiritalium beneficiorum communicatio (Nam de ciuilium operum communione hic iam ex profeſſo nihil diſputamus) non modò inter uiuos, intra uaſtos ſeculi huius fluctus etiamnũ cõſtitutos, locũ: uerum etiam inter uitæ huius munere iam pridem perfunctos: Nam & uiui mortuis, et mortui uicißim uiuis patrocinari poſſunt: quamuis interim non omnes ſingulis, nec ſinguli omnibus: ſed alij alijs, prout alij alijs melioris deterioriſue conditionis extiterint. Aug. lib. de cur. pro mort. ag. c. 4. 2. Macha. 12. 2. Macha. 15.

Enimuerò nulli (opinor) Catholicorũ dubium eſt, infantibus cum Originis labe hinc abreptis, uiuentiũ ſuffragia, quantæcunq; efficacitatis ea fuerint, ad immortalitatis gloriam obtinendam prodeſſe non poſſe: Sunt enim eiuſmodi omnes, (ruſt qui forſan eorum, præter uſitatum rerum curſum, huic denuo uitæ reſtituantur,) à regno Chriſti ſimpliciter præſcripti, uitæq; ſpiritalis, quæ ſola ſuffragiorum omnium fundamentum eſt, omnino expertes.

Noli (inquit D. Auguſt.) credere nec dicere Sacrificia Chriſtianorum pro ijs, qui non baptizati de corpore exierunt, offerendum, ſi uis eſſe Catholicus. Quia nec illud, quod de Machabæorum libris cõmemoraſti Sacrificium Iudæorum pro ijs, qui non circumciſi de corpore exierunt, oſtendis oblatum. Item Conc. Bracharenſe primum, Catechuminis ſine redemptione Baptiſmatis defunctis, ſimili modo non oblationis ſanctæ commemoratio, nec pſallendi impendatur officium: Nam & hoc quoq; per ignorantiam uſurpatum eſt. De anima & eius orig. lib. 3. c. 12. Can. 35.

Quod si piorum opera eiusmodi infantulis, qui tamen propter noxæ paruitatem mediocriter boni uideri poterant, opē ferre non queunt: multò sanè minus utilissimis illis Tartarij ignis mancipijs auxilio erunt. Si cuius opus arserit, (inquit Apost.) detrimentum patietur: Ipse autem saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Hic Aug. Multi (inquit) sunt, qui lectionem istam malè intelligentes, falsa securitate decipiuntur, dum credunt, quod si super fundamentum Christi capitale crimen ædificant, peccata ipsa per ignem transitorium posse purgari, & ipsi postea ad uitam perpetuā peruenire. Intellectus iste, fratres charissimi, corrigendus est, quia ipsi se seducunt: qui taliter sibi blandiuntur: illo enim transitorio igne, de quo dixit Apostolus: (Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.) non capitalia, sed minuta peccata purgantur.

2. Cor. 13.

Ser. 41. de Sanct.

Et alio rursum in loco: Creduntur (inquit) à quibusdam etiam ij, qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea ullo schismate uel hæresi præscinduntur, in quantis libet sceleribus uiuant, quæ nec diluunt pœnitendo, nec eleemosynis redimant, sed in ijs usq; ad huius uitæ ultimū diem pertinacissimè perseuerent, salui futuri per ignem: licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, non tñ æterno igne puniti. Sed qui hoc credunt, et tñ Catholici sunt, humana quadā beniuolentia mihi falli uidētur: Nā scriptura diuina aliud cōsulta respōdet.

In Enchir. c. 67. 68. De fide & oper c. 14. 15. 16. De ciui. c. 21. 26. lib. 21.

Veruntamen quòd idem Aug. de Suffragiorū ui disserens, alibi affirmat: Quibus prosunt Suffragia, ad hoc prodesse, ut plena sit remissio: uel certè ad hoc, ut tolerabiliter eorū sit damnatio: non defuêre, qui existimarent, iustorum patrocinia, quibusdā etiam damnatis, si nō ad plenā pœnarum relaxationem, saltem ad qualemcunq; earundem mitigationem conducere posse.

In Enchir. c. 110. 13. q. 2. c. Epis. op.

Sed sanè si hæc de pœna per Iudicē actu iam irrogata asseuerāt, uehementur hallucinantur: Nam siue eam pœnarū imminutionē per continuā partiū ablationem cum Propositiuo & Porretano: siue per subiecti corroborationem, cum Altisiodor. & alijs quibusdam constituant, semper consequitur, Inferni cruciatus, cum non sint infinitæ intensionis, multiplicatis Suffragijs tandem omnino aboleri posse. Quod credere uel asserere aliud nihil est, quàm præceps in Origenistarum errorem abire.

Quod si cum non nullis affirmare fas sit, pœnas ex remissis peccatis reliquas absq; gratia per solam satisfactionem, uel satispassionem induci posse, idq; in utroq; seculo, tutò quoq; sustinere liceret, iustorum Suffragia quibusdam etiam damnatis opitulari posse: Sed quia communi Catholicorum

rum omnium conceptione Infernus nullam, neq; redemptionem, neq; pœnarum relaxationem admittit, ne hanc quidem interpretationem admittendam censemus.

Locus igitur ex Aug. citatus aliud nihil probat, quã pœnas ocs purgatorias, quæ propter cruciatuũ atrocitatẽ damnationis nomine nõ infrequenter significãtur, per Suffragia delebiles esse. Et hoc rectè: Nã si Suffragiorũ uires fuerint ualidæ, pœnarum aũt debitum exiguum, quicquid pœnarũ erat reliquum, absumitur omnino: Contra uerò si debitum fuerit grande, Suffragia autem tenuia, superstes pœna tolerabilior, hoc est remißior uel cõtractior eorum uirtute redditur, non tamen in solidum perimitur.

Si solam Suffragiorum radicẽ, hoc est gratiam uel charitatẽ spectemus, dubium nullũ est, quin uiuorũ Suffragia Sanctorũ spiritibus quoq; utilia esse queant: Verum quòd propria eorum ratio præter charitatis nexum, simul etiam pœnarum debitum ponat, quod in eiusmodi locum nullum habet, fit ut uiuorum Suffragia perfecta fœlicitate donatis, uel omnino nihil prosint, uel certè non ea prosint ratione, qua his, qui satisfactorijs pœnis tenentur adhuc obstricti, prodesse solent.

Cũ igitur in Originis labe, uel qualicunq; lethali crimine extincti, nullius spiritalis aut temporalis præsidij fructum percipere ualeant, neq; Beati ullis omnino externis opibus indigeant: quippe qui nullius rei penuria laborent, consequens fit, ut ij soli hisce Suffragiorum auxilijs iuuari queant, qui charitatis Christi participes effecti, nõ nullis adhuc pœnæ uel culpæ debito tenentur irretiti, ubicunq; tandem locorum existant: Nam et illi quoq;, qui in Purgatorio detinentur, licèt alia ratione ac nos mortales, adhuc tamen in uia hærent, eorumq; de numero esse censentur, qui teste D. August. tam boni non sunt, ut uiuorum Suffragijs non indigeant: nec rursum tam mali, ut hæc ijs prodesse non ualeant.

Sed nec solus August. huius est sententiæ, sed reliqui quoq; tam Græcæ quàm Latinæ Ecclesiæ Patres ac Doctores. Pro omni (inquit frater Domini) anima Christiana afflicta & uexata, misericordia & auxilio indigente, & ut errantes reuertantur, et redeant ad pietatem, ut infirmi conualescant, captiui liberentur, patresq; ac fratres nostri, qui ante obierunt, in pace requiescant Dominum oremus. Et infra: Fac (inquit Domine) ut oblatio nostra grata & acceptabilis sit, per Spiritum sanctum sanctificata, in propitiationem peccatorum nostrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admisit, & in requiem animarum eorum, qui ante nos dormierunt. In Liturgia sua

Li.5.Hist.Apost. Sanctus Abdias Babyloniorum Episcopus: Die sequenti (inquit), qui erat dies tertius à die mortis Drusianæ: cum sanctus Ioannes, & uir mulieris Andronicus, matutinis horis ad tumulum conuenissent, ut sacra peragerent, Ecce claues sepulchri non inueniebamur etc.

c.7.Eccle.Hiarc. Sanctus Dionysius Areopagita: Tum accedens diuinus Antistes, ei (defuncto) sanctissimas preces adhibet, quibus ritè perfectis, & ipse eum, qui à uita migrauit, salutat: & secundum eum omnes unâ, qui adsunt: Cum autem omnes consalutarunt, tum Antistes mortuum oleo perfundit, sanctaq; precatione, pro omnibus adhibita, in loco honorato corpus, cum alijs eiusdem ordinis sanctis corporibus, reponit & condit.

Lib.3.in Iob. Origines Adamantius: Nos natiuitatis diem non celebramus, cum sit dolorum atq; tentationum introitus, sed mortis diem celebramus: utpote omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi, qui mori uidentur. Propterea & memorias Sanctorum facimus, & parentum nostrorum uel amicorum in fide dormientium, deuotè memoriam agimus: tam illorum refrigerio gaudentes, quàm etiam nobis piam consumationem in fide postulantes. Sic itaq; non diem natiuitatis celebramus, quia in perpetuum uiuent ij, qui moriuntur. Celebramus nimirum religiosos cum Sacerdotibus conuocantes, fideles unâ cum clero inuitantes, adhuc egenos & pauperes, pupillos & uiduas saturantes: ut fiat festiuitas nostra, in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus: nobis autem efficiamur in odorem suauitatis in conspectu æterni Dei.

Lib. de varijs quæst.q.54. Diuus Athanasius: Quid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illas fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum & oblationum? Respondeo: Si non aliquod beneficiũ participarent ex illo, non utiq; in cura & exequijs eorũ fieret commemoratio. At sicut uitis floresçit extra in agro, et odorem eius sentit in uase uinum reclusum: sicq; consloresçit etiam ipsum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia, ab exangui immolatione & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat & præcipit, qui mortuorum & uiuorum potestatem gerit Deus noster.

Hom.3. de Epiphania. Eusebius Emesenus: Fœlices, qui nunc bene agunt, utentes facultate, uel corpore suo contenti, & de suo largi, in se casti, in alios incruenti, ab huius profundi flammea nocte se redimũt. Hæc pœna illos manebit, qui amisso & non seruato Baptismo, in æternum peribunt: ad quos dicetur, ut eant in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Hi uerò qui

temporalibus

temporalibus pœnis digna gesserunt, ad quos sermo Dei dirigitur: Quod non exeant inde, donec reddant nouissimum quadrantem, per fluuium igneum, de quo propheticus sermo commemorat: Et fluuius rapidus, qui currebat ante eum, peruada feruentibus globis horrenda transibunt, Quanta fuerit peccati materia, tanta erit pertranseundi mora: quantum accreuerit culpa, tantum sibi ex homine uindicabit flammæ rationabilis disciplina: & quantum stultæ iniquitas gessit, tantũ sapiens pœnæ desæuiet &c. Matth. 5.

S. Basilius Episcopus: Sancti Ioannis percursoris & Baptistæ, Sancti illius N. cuius memoriam facimus, & omnium Sanctorũ tuorum, quorum postulationibus uisita nos Deus. Et memento omnium dormientium in spe resurrectionis uitæ æternæ, & refrigera eos, ubi uisitat lux uultus tui. Memento etiam Domine omnium petentium magnam misericordiam tuam, & omnium amantium nos & odientium, & postulantium nos indignos orare pro illis. In Liturgia sua.

S. Greg. Nissenus: Nihil absq; ratione & utilitate, à prædicatoribus & discipulis Christi traditum, & in omnibus Ecclesijs Dei prædicatum. Res autem modis ommibus utilis, & Deo imprimis grata, in diuinis præclaris sacris operationibus eorum, qui in recta fide decesserunt, manifestam facere memoriam. Vide Damas. sermone de his qui in fide dormierunt.

S. Effrem Edessenus. Ego Effrem morior, notum igitur sit uobis omnibus ô uiri Edesseni: Testamentum enim uobis relinquo monumenti, symbolum doctrinæ ueritatis, ex ea, quæ mihi gratia impartita fuit, ut in orationibus mei memoriam faciatis, scientes & cognoscentes me. Et nunc uolens fratres mei admonere uos, & firmiter stabilire, ut post transitum meum assiduè, in uestris orationibus mei memoriam faciatis. Accedentes nunc claudite mihi oculos, super eos manus uestras imponentes. Reminiscamini autem mei abiecti, in pijs & sanctis uestris orationibus, & assiduè pro mea paruitate offerre dignemini. In Testamento suo.

S. Petrus Episcopus Alexandrinus. Erant plurimi eorum Monachi eremum incolentes, numero uiginti tres, cum quibus paulò post Diaconus à dilectissimo fratre nostro Damaso, Romanæ ciuitatis Episcopo, deferens nobis consolatorias communicationis Epistolas, manibus post tergum uinctis, publicè ab ipsis speculatoribus ducebatur, ueluti aliquis reus insignis, & homicidarũ uerberibus eo usquandus, lapidibusq; simul & plumbo ceruicibus eius laceratis, ad mare ductus est: & sicut illi, sine sumptibus, sine ullo solatio, in metallium deportatus exilium. Cumque iudex ille multos In Epistola:

quoq; infantium cruciasset, quidam eorum morientes, neq; parentum neq; fratrum exequijs solennibus sunt potiti.

In stationes 7. Georgius Nazianzenus. Quod si (inquit inter cætera) parua hæc & minus digna existunt, scimus tamen Deo acceptum esse, quidquid sit pro uiribus. Et hæc quidem præstitimus, alia autem præstabimus: ac singulis annis nos, qui superstites sumus, honores hos instaurabimus, & defunctorum renouabimus memoriam. Verum ô Domine omnium, nunc quidem Cæsarium suscipe, peregrinationis nostræ primitias, siue nouissimum primum, tuis concedimus rationibus, quibus omnia seruntur.

Orat. de uera Ecclesia. S. Ephiphanius Episcopus: In his (inquit) qui uita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt, orationes ad Deum perficientes, ac cultus diuinos & mysteriorum dispensationes. Idem: Eo quod sæpe dum in mundo sumus fallimur & erramus, tum inuitè tum uoluntariè, quo id quod perfectius est significetur: & pro iustis & pro peccatoribus memoriam facimus: Pro peccatoribus quidem Dei misericordiam implorantes: pro iustis uerò ut Dominum Iesum Christum ab hominum ordine separemus &c.

Hom. 21. in Act. Apost. Ioannes Chrysostomus. Est, si uoluerimus, illi (mortuo) leue facere supplicium. Itaq; si preces pro illo faciamus continuas, si eleemosynas demus, & si ille indignus sit, nobis Deus placatior erit. Si propter Paulum alios seruauit, & propter alios alijs parcit, quomodo non & propter nos nunc istud ipsum faciet? Non habet eas, quæ factæ sunt á se, sed habet factas pro se. Et infra. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt: non frustra preces: non frustra Eleemosynæ. Hæc omnia spiritus disposuit, uolens ut nos mutuo iuuemus. Idem rursum: Non temere ab Apostolis sancitum est, ut in tremendis Mysterijs defunctorum agatur commemoratio: Sciunt enim illis inde multũ contingere lucri, utilitatem multam. Cum enim totus constiterit populus, Sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur Sacrificium, quo modo Deum non exorabimus, pro his deprecantes?

Hom 69. ad populum Antiochenum.

Catechesi Mystagogica. 5. S. Cyrillus Episcopus: Deinde uerò posteaquam confectum est illud spiritale Sacrificium & ille cultus incruentus: super ipsa propitiationis hostia, obsecramus Deum pro communi tranquillitate mundi, pro regibus, pro militibus, pro ægris & afflictis, in summa pro omnibus, qui egent auxilio. Deinde pro defunctis sanctis patribus & Episcopis, deniq; pro omnibus oramus, qui inter nos uita functi sunt, maximum esse credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio, sancti illius & tremendi, quod in altari positum est, Sacrificij. Et infra: Ad eundem (inquit modum)

dum) & nos p defunctis deprecationes adhibentes, quamuis sint peccatores: non quidē coronā plectimus, sed Christū pro nostris peccatis mactatū offerimus, ut & nobis & illis, eum, qui est benignissimus propitium reddamus.

Atticus Epis Cōstantinop. Itaq; ea re persuasus, nomē eius in albū referri iussi. Mentio namq; eius fit, cū defunctis, non solū Episcopis, sed & Presbyteris, Diaconis, & laicis ipsis, mulieribusq;, cū quibus omnibus nobis sacerdotij cōmunio aut earū rerū, quæ in sacra mensa percipiuntur, participatio non est. Magna enim est inter defunctos, & superstites differentia. Epistola ad Cyrillum Episcopū Alexand.

Socrates: Atticus Episcopus causas Ecclesiæ sapientia mirabiliter disponebat, doctrinisq; populum ad uirtutis studium prouocabat. Cumq; uideret diuisam Ecclesiam, cum Ioannitæ seorsim apud se ipsos sacra solennia celebrarent, iussit ut in orationibus memoria Ioannis haberetur, sicut aliorum dormientium Episcoporum consueuit fieri, per hoc sperans plurimos ad Ecclesiam reuocari. Lib. 10. c. 2. hist. Eccles.

Theodoretus Episcopus Cyri. Pauperes quidam sociorum unum quasi mortuorum efferentes accedunt, rogantq; sibi dari aliquid, quo illum possint sepelire. Ille quā primum postulantibus obsequutus, statim pro mortuo Deum rogat, ut demissis illi peccatis, quæ dum uiueret admisisset, eū in piorum numerū adsciscere dignaretur. In Philoth.

S. Theodorus Epis. Ab infirmis in periculo mortis positis, per Presbyteros pura inquirenda est peccatorū confessio: non tamen est illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda: & cū amicorū orationibus, & eleemosinarū elargitionibus, pondus penitentiæ subleuandum, si forte mia grauerit, ne obligati & à communione alieni, uel consortio ueniæ fiant. In penitentiali suo.

S. Germanus Episcopus Constantinopolitanus: Fit autē memoria apud Deum pro defunctis, & spiritibus, & omni carne, ut qui mortuorum & uiuentium potestatem habeat, & dominetur super cœlestibus, & terrenis, & subterraneis. Et addit: Conuocantur autem omnes eorum animæ cum Prophetis & Apostolis, & Martyribus, ut unâ ingrediātur, & recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob in mystica mensa regni Christi. Ecclesiasticarum rerum Theoria.

S. Iosaphat: Deus Rex gloriæ gratias ago tibi, quia non despexisti deprecationem meam, lachrimas meas non spreuisti, quoniā placuit tibi, ut istum seruum tuum patrem meum conuerteres ab iniquitatibus, & ad te ipsum traheres Saluatorem uniuersorum. Et nunc Domine Deus, colloca eum in loco refrigerij, & in loco quietis: ubi lux splendet uultus tui: Et ne memineris iniquitatum illius antiquarum, & secundum magnam misericordiam Vide Damas. in hist. duorum mirum Christi.

diam tuam dele chirographum peccatorum suorum, & chartam criminum illius scinde.

In vita S. Ioan. Eleemosynarij. Leontius Episcopus Neapolitanus. Mortalitate aliquando ciuitatem comprehendente, ibat & ipse (Ioannes) ut uideret funerum obsequia. Valde enim dicebat hoc esse proficuum: Multoties uerò assidebat & his, qui morituri uexationem in animæ exitu patiebantur: & ipse eorum oculos propriis manibus claudebat, memoriam habere ex hoc sempiternam uolens, & curam proprij exitus. Præcipiebat autem & collectiones pro defunctis iniungere, & siue dubio proficere.

Ser. de his, qui hinc in fide migrarunt. S. Damascenus: Diui Apostoli discipuli Saluatoris, qui totum mundi circulum coepere, uiuum prædicando uerbum, quod suis oculis uiderant, in tremendis & impollutis uitalibusque Sacramentis memoriam eorum, qui fideliter obdormiuerunt, habendam edixerunt. Quod adhuc firmiter atq; adeo sine contradictione obseruat Apostolica & Catholica Ecclesia Christi & Dei, à finibus usq; ad fines terræ: ab eoque tempore, usque in præsens, & usque in finem mundi.

In Epist. ad Cor. Oecumenius, Saluus quidem & ipse quoque erit, cum dolore tamen, ut par est, qui per ignem transierit, atque eas, quæ illi adhæserint, sordes expurgauerit. Solius namque Dei est, sine peccato omnino esse: homines uerò licet iustissimi, non tamen perfectè mundi sunt: dictum est enim: Quod multum offendimus omnes. Vnde & per Malachiam dictum est: Sicut ignis in fornace, & sicut herba fullonum lauabit, purgabitq; Deus nonnullos.

Lib. expositionis lyturgiæ. Nicolaus Cabasilas Episcopus Dyrrachij: Duobus modis sanctificare cernitur diuinum hoc & sacrum mysterium. Vno quidem modo intercessione, alio modo participatione. Horum modorum primus quidem communis est, uiuis & mortuis: etenim pro utrisq; offertur Sacrificium. Secundus autem modus solis uiuentibus permittitur: mortui enim non possunt amplius comedere aut bibere. Quid igitur? propterea nec sanctificantur hac sanctificatione, quæ prouenit ex participatione, & deterioris sunt hac in parte conditionis mortui, qua uiuentes? minime.

Lib. 6. constitutionum Apo. c. 30 S. Clemens D. Petri successor. Sine ulla exceptione conuenite, in cœmeteriâ, sacros libros in ijs legentes & psallentes pro ijs, qui dormierunt Martyribus atque omnibus Sanctis, proque fratribus nostris, qui in Domino obierunt: & acceptabilem Eucharistiam offerte in Ecclesijs & cœmeterijs uestris. Atq; in exitu mortuorum psallentes eos deducite, si fideles fuerint in Domino. Rursum: Oremus (inquit) fratres, ut benignus

Ibidem.

Deus

Deus, qui ipſius animam ſuſcepit, dimittat ei omne delictum uoluntarium & inuoluntarium, propitius illi factus collocet eum in regione piorum & beatorum, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob etc.

Tertullianus: Scio fœminam quandam uernaculam Eccleſiæ, poſt uni- Lib. de anima.
cum & breue matrimonium, cùm in pace dormiſſet, & morante adhuc ſe-
pultura, interim oratione Preſbyteri componeretur, ad primum orationis
habitum, manus à lateribus dimotas, in habitum ſupplicem compoſuiſſe.

S. Cyprianus: Quod Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè conſideran- Lib. 1. epiſt. 9.
tes conſueuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam uel curam clericum
nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo: nec Sacrificium pro
dormitione eius celebraretur. Nec enim ad altare Dei meretur nominari in
Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & miniſtros ſuos Leuitas uoca-
re uoluit.

S. Hieronymus: Cæteri mariti ſuper tumulos coniugum, ſpargunt uio- Epiſt. ad Pĩma-
las, roſas, lilia, floreſq; purpureos: et dolorem pectoris his officijs conſolan- chium.
tur: Pãmachius noſter ſanctã ſauillã, oſſaq; uenerandæ eleemoſynæ balſamis
rigat, his pigmentis atq; odoribus fouet cineres quieſcentes, ſciens ſcriptum:
Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum.

S. Ambroſius: Date manibus ſancta myſteria, pio requiem ei poſcamus In oratione fune-
affectu. Date Sacramenta cœleſtia, animam piam noſtris oblationibus pro- bri de obitu Va-
ſequamur. Extollite populi mecum manus in ſancta, ut eo ſaltem munere, lentiniani.
uicem eius meritis rependamus. Non ego floribus tumulum eius aſpergam,
ſed ſpiritum eius Chriſti odore perfundam etc.

B. Monica D. Auguſtini mater: Ponite hoc corpus ubicunq; uolueritis, ni- Aug. lib. 9. con-
hil uos eius cura conturbet, tantum illud uos rogo, ut ad Domini Altare me- feſs. c. 15.
mineritis mei, ubicunq; fueritis.

D. Gregorius: Multos ut arbitror ueſtrum fratres contigit noſſe hoc, Homil. 37. in
quod ad memoriam ueſtram narando uolo reuocare. Nõ longè à noſtris tem- Euang.
poribus fertur factum, quod quidam ab hoſtibus captus longè traductus eſt.
Cumq; diu teneretur in uinculis, eumq; uxor ſua cùm ex eadem captiuitate
non reciperet, extinctum putaret: pro eo iam uelut mortuo hoſtias hebdo-
madibus ſingulis curabat offerre. Cuius toties uincula ſoluebantur, quoties
ab eius coniuge oblatæ fuiſſent hoſtiæ pro animæ eius abſolutione. Narrat Hom. 7.
idem Caſſium Narnienſis urbis Epiſcopum propè S. Iuuenalis martyris ſe-
pulchrum quotidiè obtuliſſe Sacrificium pro uiuentibus & defunctis.

S. Iſidorus Epiſcopus: Sacrificium pro fidelium defunctorum requie of- Lib. 1. offi. eorum
Eccleſ. c. 18.

 ferri

ferri, uel pro eis orare: quia per totum hoc orbem custoditur, credimus quod ab ipsis Apostolis traditum sit: Hoc enim Catholica tenet Ecclesia, quæ nisi crederet firmiter defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiritibus uel eleemosynam faceret, uel Deo Sacrificium offerret: Nam cum Dominus dicat: Qui peccauerit in Spiritum sanctum, nō remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro: demonstrat quibusdam illic dimittenda peccata, & quædam Purgatorio igne purganda.

In vita B. Amb. Paulinus Presbyter: Plurimi stellā super corpus eius se uidere narrabāt, sed lucescente die Dominico, cū corpus illius, peractis Sacramentis diuinis, de Ecclesia leuaretur portandū ad Basilicā Ambrosianam, in qua positus est.

Ser. 127. de Lazaro & diuite. S. Petrus Episcop: Rauennatis: Neq; hinc ad uos transire, neq; huc transmigrare quis potest. Terret fratres, terret nimis uocis huius auditus, quæ ostendit post mortem, & semel apud Inferos pœnali custodiæ deputatos, ad Sanctorum quietem non posse transferri, nisi Christi gratia iam redempti, ab hac desperatione sanctæ Ecclesiæ intercessione soluantur, ut quod sententia negat, Ecclesia mereatur, præstet gratia etc.

Epistola ad Amandū Epis. opē. S. Paulinus Episcopus Nolanus: Ob hoc impensè rogamus, ut quasi frater, (quod nobis in Domino esse dignaris) unanimes fratres iuuans, & banc meritis fidei tuæ mercedem accumules, ut pro eo infirmitati nostræ compatiaris, & orandi labore conspires, ut misericors & miserator Deus, qui facit omnia in cœlo, & in terra, & in mari, & in abyssis, refrigeret animam eius stillicidijs misericordiæ suæ, per orationes uestras.

Vide Damas. in oras. pro defunct. S. Palladius: Et quia pro consuetudine sua, pro defunctis preces faciebat (S. Macharius) scire desiderabat, numquid illis prodessent, & an consolatio eis inde proueniret: Deus animarum animator, uolens hoc seruo suo pluribus & certis argumentis patefacere, cranio quod exaruerat, uerbum ueritatis inspirauit. Prorupit enim cranium in hæc uerba: Quando pro mortuis offers preces consolatiunculam sentimus etc.

Lib. 1. persecutionis Vandalicæ. S. Victor Episcopus Vticensis: Sed etiam quæ foras muros erant (Basilicæ) quascunq; uoluit occupauit: & præcipuè duas egregias & amplas S. Martyris Cypriani: unam ubi sanguinem fudit: aliam ubi eius sepultum est corpus. Quis uerò sustineat, ac sine lachrymis posset recordari, dum præciperet nostrorum corpora defunctorum, sine solennitate Hymnorum, cum silentio ad sepulturam perduci?

In lib. de offic. in Missæ c. 38. Amalarius Archiepiscopus Treuerensis: Missa pro mortuis, in hoc differt à consueta Missa, quod sine gloria & alleluia & pacis osculo celebratur.

tur. Recordatio mortuorum nuncupatiuè agitur (Ante nobis quoq; peccatoribus) ubi finitur memoria mortis Domini, & inchoatur mors nostra per confessionem peccatorum, ac ideo ibi merito agitur memoria transeuntium, qui in Domino moriuntur.

Beda: Nonnulli propter bona quidem opera, ad electorum sortem præordinati, sed propter mala aliqua, quibus polluti de corpore exierunt, post mortem seuerè castigandi, excipiuntur flammis ignis Purgatorij: & uel usq; ad diem iudicij, longa huius examinatione à uitiorum sorde nundantur: uel certè prius amicorum fidelium precibus, eleemosynis, fletibus, & hostiæ salutaris oblationibus soluti pœnis, & ipsi ad beatorum perueniunt requiem. Hom. in illud Ioannes testimonium perhibebat.

Idē: In præfato (inquit) prælio, quo occisus est rex Elbuini, memorabile quoddam factum esse constat, quod nequaq̃ silentio prætereundū arbitror, sed multorum saluti, si referatur, fore proficuū. Occisus est ibi inter alios de militia eius iuuenis uocabulo Imma, qui cum die illo, & nocte sequente inter cadauera occisorum similis mortuo iaceret, tandem recepto spiritu reuixit, ac residens sua uulnera, ut potuit, ipse alligauit. Quod dum faceret, inuentus est & captus à uiris hostilis exercitus, & ad Dominum ipsorū, comitem uidelicet Edilredi regis adductus. Ille suscipiens eum, curam uulneribus egit, et ubi sanari cœpit, noctu eum, ne aufugeret, uinciri præcepit, nec tamen uinciri potuit. Nam mox ut abiêre qui uinciebāt, eadem sunt eius uincula soluta. Habebat enim germanum fratrem, cui nomen erat Tunna Presbyterum & Abbatem: qui cum eum in pugna peremptum audiret, uenit quærere si fortè corpus eius inueniri posset: inuentumq; alium illi per omnia similimum, putauit ipsum esse, quem ad Monasterium suum deferens, honorificè sepelinit, et pro absolutione animæ eius, sæpius Missas facere curauit: quarum celebratione factum est, quod dixi, ut nullus eum posset uincire, quin continuò solueretur. Inuerecomes, qui eum tenebat, mirari & interrogare cœpit, quare ligari non posset: An fortè literas solutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud se haberet, propter quas ligari non posset. At ille respondit, nihil se talium artium nosse: Sed habeo fratrem (inquit) Presbyterum in mea Prouincia: & scio quia ille me interfectum putans, pro me Missas crebras facit: et si nūc in alia uita essem ibi anima mea per interceßiones eius soluearetur à pœnis. Multi inq; accensi sunt in fide ac deuotione pietatis adorandum, uel eleemosynas faciendas, et ad offrendas Domino uictimas sacræ oblationis, pro ereptione suorum, qui de seculo migrauerant. Intellexerunt enim quod Sacrificium saluare ad redemptionem ualeret, et animæ & corporis sempiternam. Lib. 4. Hist. Angl. c. 22.

Lib. de Exordijs & incrementis rerum Eccle.c.21. & 22.

VVallafridus Strabo Abbas: Ad hoc accedit, quod totius usus Ecclesiæ habet, sæpe Missas agere pro uiuis, pro defunctis, pro eleemosynis, & alijs diuersis causis, quod etiam officia his attributa testantur.

In c.12.h.Matth.

Rabanus Archiepiscopus Mogontinus: Quod post exitum uitæ præsentis, pro fidelium peccatis exorandum sit, & eleemosynarum opus agendum, quatenus hi, pro quorum remedio res agitur, à peccatis soluantur: & præsens locus ostendit, & in Euangelio Dominus, ubi de Spiritussancti blasphemia, irremißibile peccatum illud ostendens, ait: Qui dixerit uerbum contra Spiritumsanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Idem rursus: Sacrificium (inquit) pro defunctorum fidelium requie offerre, uel pro ijs orare, quia per totum orbem hoc custoditur, credimus quia ab ipsis Apostolis traditum sit: hoc enim ubiq; Catholica tenet Ecclesia, quæ nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiritibus eleemosynam faceret, uel Sacrificium offerret.

In epist.ad Cor.

Haymo Episcopus Halberstadensis: Qui leuia peccata attrahunt, purgantur ab illis, qui tribulationibus incendumur in hoc seculo, uel post mortem in igne Purgatorio: uel alia afflictione, orationibusq; hominum expiantur. Tamen quod sine illicito amore non habuerunt, utiq; sine urente dolore non perdent.

c.34.comment. in Matth.

Christianus Druthmarus: Quod dicitur non remittendum, nec in hoc seculo, nec in futuro, datur intelligi, esse de quibusdam peccatis in alia uita remißionem: quia quod de uno negatur, consequens est, ut de aliquibus possit intelligi, sicut de ocioso sermone, de concupiscentijs & leuibus peccatis.

Lib.1.c.16. vitæ S.Greg.Papæ.

Ioannes Leuita Romanus: Tunc euocato ad se Precioso monasterij sui præposito tristis dixit: Diu est quod frater ille iustus, qui defunctus est, in igne cruciatur: Debemus ei aliquid charitatis impendere, & ei in quantum possumus, ut eripiatur, adiutorium nostrum accommodare. Vade itaq; ab hodierna die cominus 30. diebus offerre pro eo Sacrificiũ stude, ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius salutaris hostia non mactetur.

Lib.15.c.124.

S.Iuo Episcopus: Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum.

Lib.de concordia noui & veteris Sacrificij.

Hildebertus Archiepiscopus: Neue sepultorũ pia mentio prætereatur, Et benè defunctis & sibi posit idem. Præsul idem sibi, dum Sanctis rogat

associari,

associari, Quos & nominibus nominat ipse suis. Cum uiuis ueniam refrigeriumq; sepultis Impetrat, & partem quam petit ipse sibi.

Brenno Abbas. Post mortem Christi in Cruce, commemoratio mortuorum consequitur, Quia nec aliorum defunctorum commemoratio agenda, nisi qui in Christi morte redempti sunt, & in Christo hanc uitã finierunt. De offcio Missæ c. 16.

Burchardus: De seruo qui fugerat Dominum suum interrogabas si ille in fuga mortuus fuerit: utrum liceat pro eo orare, an non. Hoc in diuinis libris non inuenimus prohibitum: sed tamen scimus ab Apostolis firmiter præceptum, ut serui subditi sint in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Lib. 11. c. 62. decretorum.

Petrus Damianus: Nec tibi blandiaris, si grauiter peccanti leuior pœnitentia, uel à mansueto, uel à dissimulante dictatur, cùm in purgatorijs ignibus perficiendum sit, quidquid hic minus feceris, Quia dignos pœnitentiæ fructus querit altissimus. Ser. 2. de S. Andrea Apost.

Sigebertus Genblacensis. Hoc Abbas Odilo per illum comperto, constituit per Monasteria sibi subiecta, ut sicut primo die Nouembris solennitas omnium Sanctorũ agitur, ita sequenti die memoria omnium in Christo quiescentium celebretur. Qui ritus ad multas Ecclesias transiens, fideliũ defunctorum memoriam solennizare fecit. In Cronica sua ad annum 998.

S. Bernardus: Porro mortuos uiuentium fraudantes auxilijs, uiuentes nihilominus Sanctorum, qui decesserunt Suffragijs spoliantes. Absit: Non relinquet Dominus plebem suam, quæ est sicut arena maris, nec contentus erit paucitate hæreticorum, qui omnes redemit. Non credunt autem ignem purgatorium restare post-mortem, sed statim animam solutam à corpore, uel ad requiem transire, uel ad damnationem. Quærant ergo ab eo, qui dixit quoddam peccatum esse, quod nec in hoc seculo, nec in futuro remittetur: cur hoc dixerit, si nulla manet in futuro remissio purgatione peccati? Ser. 66 in Cantica.

D. Berengosius Abbas: Mirum non est, quod sicut catalogus Sanctorum solet ubique testari, festiuitas B. Helenæ à nobis annua semper debet reuolutione celebrari. Sed quoniam in eodem catalogo de filio eius Constantino nulla est mentio, ideo ut in regione uiuorum & ipse complaceat Deo, necesse est ut oratio fiat ab Ecclesia ad Deum pro eo. Lib. 2. de laudibus S. Crucis.

Edmerus Anglus: Posthæc (inquit) Anselmus, ut sanctæ dilectionis, munus, quod uiuo impenderat Osberno, mortuo non negaret, per integrũ annum, omni die Missam pro eius anima celebrauit. Quod si aliquando à Lib. uitæ B. Anselmi c. 11.

Sacramenti ipſius celebratione impediebatur, eos qui Miſſas familiares debebant, ſuam pro anima fratris Miſſam dicere faciebat.

In cap. 1. ad Cor. *Heruæus Britannus: Hoc tamen ſciendum eſt, quia illic ſaltem de minimis nil quiſq; purgationis obtinebit, niſi bonis hoc actibus in hac uita adhuc poſitus, ut illic obtineat promereatur. Sciendum eſt etiam, qui grauior eſt ille ignis, quàm quicquid poteſt homo pati in hac uita. Omnia tormenta, quæ hic ſunt, multo faciliora ſunt. Et tamen homines ne ea patiantur, quicquid ab homine fieri iuſſum, faciunt. Quanto melius eſt, ut faciant ea, quæ iubet Deus, ne illa grauiora patiantur.*

Lib. 2. in Leuit. c. 42. *Rupertus Abbas Tuicienſis: Si in Villa fuerit Domus, quæ muros non habet, id eſt, ſi in proximum admiſſum fuerit peccatum, quod muro defenſionis roboratum non eſt, agrorum iure uendatur, id eſt, ueniali conditione tenebitur. Nam ſi ante (inquit) redempta non fuerit, in iubileo reuertetur, ad dominum ſuum: id eſt, etiamſi ante finem uitæ non condigna ſatisfactione compenſatũ fuerit, is in quem peccauit proximus, non ſolum licitè, uerumetiã laudabiliter orabit pro eo, ut remittatur ei peccatũ &c.*

In gemma animę. c. 50. & 51. *Honorius Auguſtodunenſis: A memento domine, Sacrificium defunctorum oſtenditur, qui in confeſſione Chriſti migrauerunt, & fidelibus adſociati ſunt. Sacerdos Chriſti mortem repræſentat, cum ſe ad (Supplices te rogamus) inclinat: & poſt eius mortem, aptè commemoratio defunctorum additur, qui pro eis mortuus creditur &c.*

In Cano. Miſſæ. *Odo Epiſcopus Cameracenſis: Sumit hinc exordium quarta periodus, quæ confecto corpore & ſanguine Chriſti, redit ad rogandum pro mortuis, fidentior exaudiri patrocinio Sacrificij.*

Vide Bernardum in uita Malach. *S. Malachias: Ecce approquinquat dies, quem, ut optimè noſtis, ſemper optaui. Quod ad hoc corpuſculum attinet, hic requtes mea: Quod ad animam, Deus prouidebit, qui ſaluos facit ſperantes in ſe. Nec parum ſpei repoſitum eſt mihi in die illa, qua mortuis tanta beneficia, à uiuis impenduntur.*

Epi. contra Petrobruſianorum hæreſin. *Petrus Abbas Cluniacenſis: Nam etſi aliena uidentur uiuentium opera, ut tamen mortuis prodeſſe ualerent, mortuorum dum uiuerent meritis ſunt comparata. Idcirco nec aliena eſſe iudicanda ſunt, quæ mortuorum præcedentibus meritis propria facta ſunt. Orat ea de cauſa Eccleſia pro requie uel gloria membrorum ſuorum, ad ſtatum alterius uitæ translatorum: & quos fide ac charitate ad membra Domini ſui pertinere cognoſcit, à fructu bonorum ſuorum operum non excludit.*

Petrus

Petrus Episcopus Parisiensis: Orationibus sanctæ Ecclesiæ, & Sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus offeruntur, non est dubium mortuos adiuuari, ut misericordius cum eis agatur, quàm eorum peccata meruerunt. Et infra: Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus, qui ita uixerunt ante mortem, ut possent ijs utilia esse hæc post mortem. Lib. 4. d. 45.

Guillihelmus Abbas S. Theodorici: Cum B. Malachias cœlo animam reddidisset, offerens pro eius transitu uenerabilis Abbas (Bernardus) hostiam salutarem, gloriam eius Domino reuelante cognouit: & eodem inspirante Sacrificio iam expleto, formam mutauit orationis: & collectam intulit, quæ ad sanctorum Pontificum solennitates, non ad commendationes defunctorum pertinet. In uita Bernardi.

S. Brigitta: Tria sunt quæ faciunt minui tam longum tempus pœnæ: Primum est, si per aliquem reddantur ea, quæ iniustè ab alijs abstulit & extorsit, uel reddere iustè alijs tenebatur. Secundum est copiosa eleemosyna: per hanc enim extinguitur peccatum, sicut per aquam extinguitur ignis. Tertium est corporis mei oblatio in altari pro eo, & amicorum meorum preces &c. In lib. reuelationum c. 34.

Ioannes Eleemosynarius: Impigrè oblationes & sacrificia pro defunctis facite &c. Hincmarus Remensis Episcopus: Quod ab amicis, propinquis, mortuorum hæredibus, Ecclesijs in quibus ipsi sepulti sunt, offerri solitum est, accipere quidem licet, non tamen exigere. S. Bonifacius: Pro dormientium fratrum animabus orationes fiant. Leobgyta: Pro anima patris mei preces ad Deum offerre non renues. Metaphra. in uita Ioan. Eleem. In epist. ad Ecclesiam Tom. In epist. ad Abbatem Adelerium In epist. ad S. Bon.

Hæc Patrum oracula, Pontificumq; & Synodorum decreta, quæ supra, dum de Purgatorio differeremus, longo ordine recensuimus: perpetuus Ecclesiarum omnium usus mirificè confirmat. Orationibus Ecclesiæ (inquit D. Aug.) & Sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cum ijs misericordius agatur à Domino, quàm sua peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum uniuersa seruat Ecclesia. Et alibi. In Machabæorum (inquit) libris legimus oblatum pro mortuis Sacrificium: sed & si nusquam omnino in Scripturis ueteribus legeretur, non parua est uniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, autoritas: Vbi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commemoratio defunctorum. Ser. 34. de uerb. Apost. De cur. pro mort. atq. c. 1. 2. Macha. 12.

Ad sup-

Epist. ad Bonifa. Aug. lib. de cur. pro mor. c. 2. 13. q. 2. c. Animæ.

Ad ſuffragiorum porrò uim & genera quod ſpectat: quanquam Greg. *Magnus quatuor duntaxat eorundem diſcrimina alicubi aſſignet: puta Sacerdotum oblationes, Sanctorum preces, charorum eleemoſynas, & cognatorum ieunia, adhæc tamen reliqua omnia, ueluti membra, quædam ad ſua capita, referri poſſunt. Ad altaris quidem Sacrificium omnia, quæ in diuini cultus augmentum, miniſtrorumue Eccleſiæ alimentum a pijs hominibus quoquo pacto conferuntur: Ad eleemoſynam uerò, omnia tam interna quam externa charitatis officia. Ad orationes autem, omnes cuiuſque generis meditationes, ſpiritales uè animarum exercitationes: Ad ieiunia denique omnes cuiuſuis ordinis corporis macerationes.*

D. Thom. 4. d. 35. q. 1. ar. 5. q. 1.

Reſtitutiones autem, quæ defunctorum nomine interdum fiunt, etſi ad ſalutem neceſſariæ cenſeantur, propriè tamen ad hunc locum non pertinent: Siquidem aliena reſtituere, non eſt pro peccato, quod iniqua ablatione in Deum uel proximum admiſſum erat, ſatisfacere: ſed à peccandi libidine deſiſtere. Vnde qui alieni reſtitutionem, quam interitui uicinus, tam tum per ſe facere non poteſt, hæredibus, ut faciant, bona fide iniungit: ſi quidem alio nullo impedimento tenetur, ob hæredum perfidiam à regno non excludetur: Contra uerò qui aliena, quæ ſciens uolens que inuito hero poßidet, cum poßit & debeat, non reſtituit, reſtituiue curat, certiſſimam damnationem ſibi aſciſcit, etiamſi eo extincto damnum illatum in quadruplum reſarciant hæredes, uel curatores.

D. Thom. 4. d. 45. q. 2. ar. 3. q. 1.

Inter omnia Suffragiorum genera principem locum, ſacro ſanctum altarij Sacrificium. merito ſibi uendicat. Nec enim duodecim millia drachmarum argenti à Iuda Machabæo hic offeruntur, ſed infinitus gratiarum & bonorum omniũ theſaurus, nempe unigenitus Dei filius: idque per Eccleſiam, cuius charitas & deuotio Deo Opt. Max. plus quam credi poteſt, grata eſt. Vtrilibet autem horum pientißimæ, & ad ſatisfaciendum & impetrandum efficacißimæ eiuſdem Eccleſiæ preces accedunt.

At uerò ut maximè corporis & ſanguinis dominici oblatio, per ſe primas inter ſuffragia obtineat, per accidens tamen, ut cum fames uel alia calamitas dirè inter pauperes graſſatur, miſericordiam Sacrificio antepo ponere, magis que dandis eleemoſynis, quàm multiplicandis Miſſis incumbere iure meritoq; licebit.

Matth. 9.

Tho. 4. d. 45. q. 2. ar. q. 1.

Proximum poſt altaris Sacrificium locum, alij eleemoſynæ, alij plenariis aſſignant Venetis: nec id fortaſſis iniuria: Nam etſi Pontificiæ condonationes familiarium in uiuorum, quàm in mortuorum ſubſidium ſoleant concedi,

concedi, conceduntur tamen & in horum quoq; commodum: quamuis non eodem modo. Etenim uiui utrouis, absolutionis inquam et communicationis, modo Indulgentiarum beneficio potiri possunt: defuncti neutro proprie, sed tantùm per uiam Suffragij: Siquidem non sua, sed amicorum uel familiarium opera Veniarum participes efficiuntur: non secus ferè atq; si uiuorum quispiam infirmitate uel inopia præpeditus, non suis uiribus uel opibus, sed alterius liberalitate, milite contra Turcam comparato, Indulgentias per se, uel per alium contra infideles militanti concessas, obtineat: Vtrobiq; tamen iustitia suum locum retinet: fit enim quod condonationum causa factum oportuit: quod autem per alium fiat, id est gratiæ & misericordiæ.

Quamuis autem communi quadam ratione Suffragia prosint omnibus Christo per gratiam insitis, per satisfactionis tamen uel Suffragij modũ ijs potissimum adiumento sunt, quibus ex instituto applicantur. Vnde cum D. Thoma ex analogica ciuilis debiti solutione eorum naturam commodiùs uenamur, quàm cum Præpositiuo ex lucis uel uocis cõmunicatione. Siquidem lux (& idẽ nunc statuo de uoce) ex æquo & necessariò proxima quæq; afficit: Suffragia uerò, quòd humanis actionibus, quæ liberæ sunt, constent: neq; ex æquo, neq; necessariò operantur: Sed pro libera suffragantis uoluntate plus minusue: finitè tamen ac determinatè, ut quæ ipsa quoq; finitæ determinataq; uirtutis existant. D. Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 2. q. 3.

Et quidem precum, ieiuniorum, & eleemosynarum uim circumscriptam esse, dubitat nemo. De sacrosancto uerò altaris Sacrificio, ideo à nonnullis dubitatum est, quia unum illud inter omnia, Christum Deum ac Dominum nostrum, immensum bonorum omnium pelagus, uerè, realiter, ac substantialiter intra sese continet. Matth. 26. Luc. 23. Mar. 14.

Sed sanè licèt Eucharistiæ uis, si ex re hic contenta uim eius metiâre simpliciter sit infinita, effectum tamen non infinitum, sed finitum & intra certos limites conclusum, ex sese progignit: Nam aliâs, contra ac hactenus ab omnibus creditum est, nihil omnino referret, semel ne an sæpius pro quacunq; Ecclesiæ, uel membrorum eius necessitate offerretur. D. Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 4.

Nec obstat idem omnino quod olim in Cruce, nunc in Ara offerri: Nam etsi utrobiq; eadem numero res exhibeatur, non idem tamen utrobiq; est minister, nec idem quoq; offerendi modus, sed longè diuersissimis. Etenim sacratissima illa Crucis hostia per unigenitum Dei filium proximè immolabatur: atq; ita non solum ex se, siue ex opere operato, ut in Scholis loquimur, infinitè erat grata, uerum etiam ex opere operantis, hoc est est deuotione & Ioan. 10. Matth. 27. Luc. 24.

charitate Christi, ultro pro salute omnium in acerbissimum illud mortis genus sese contradentis: At altaris Sacrificium citra ullum dolorem aut corporis cruciatum per Ecclesiæ ministros, quorum deuotio inter certos cancellos continetur, proxime offertur.

Veruntamen quod oramus uel sacrificamus meritum, siue is pro pluribus simul, siue pro uno tantùm oret uel offerat, nihil detrimenti capiat, quodq; spirituale gaudium, quod electorum cœtus ex eiusmodi suffragatorijs operibus hauriat, participantium multitudine non decrescat, extitère, qui asserere non ita multum referre, pro uno ne solo quis oret uel offerat, an pro pluribus.

Hieron. c. nō mediocriter, de cons. d. 5.

Inter peculiaria suffragia, cæteris interim, quæ huc plerunq; intercedere solent, exæquatis, infimum locum tenent, quæ unus alteri citra obligationem impendit: summum, quæ in humanis adhuc constitutus salutis suæ causa, per idoneos fieri satagit: medium, quæ uitæ metæ propinquus, pro se, ut faciãt, alijs cõmittit, modo tñ cõmissarij officio nõ defuerint. Siquidẽ ea Suffragiorũ est ratio, ut, nisi reipsa exhibita sint, ex sese nihil prorsus operentur.

D.Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 4.

Quarè si hinc discedens mille sestertiũ in animæ tuæ λυτρὸν in sacra, uel in aliud pium opus eroganda mandaueris, teq; sublato, hæredes uel curatores, quæ mandaras, flocci fecerint, non solùm intrinseco eorũ sacrorũ fructu frustrabere, uerùm illius etiam præsidij, quod ex Ecclesiæ, uel ministrorum eius deuotione tibi obuenturum erat, detrimentum patière.

D.Tho. 4. d. 45. q. 2. art. q. 2. ad 4.

Attamen meritum et satisfactionis quota seu portio, quæ istiusce modi testamentariæ cautionis ratione debebantur, aliorum perfidia intercidere non possunt: quippè quæ eo ipso temporis articulo, quò hoc uel illud opus salutis causa fieri mandatur, authori suo aliâs non indigno, certissimè adnectuntur.

D.Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 2. q. 2.

Quapropter si testatoris pietas, præter gratiæ augmentum, diuidui pœnarum reliquarũ condonationẽ promerebatur: siue id quod factũ oportuit, fiat, siue secus, nihilo secius diuidui relaxationem consequitur: Illud tñ quod ex ui operis, si id fortè præstitũ fuisset, ei accessurũ erat, omnino intercidit.

D.Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 2.

Ex quo palàm fit quàm parum consultè suas illi instituant rationes, qui eleemosynas, uel aliud quodcunq; eiusmodi, quod commodè per se facere poterant, alijs, ut faciant, committunt. Nam præterquam quod commissarij non optima semper fide rem gerant, non uulgarem quoq; istiusce modi meriti iacturam faciunt. Omitto Deo Opt. Max longè gratiora, multoq; proinde ad satisfaciendum efficaciora esse, quæ ex his, quibus liberè & licitè uti adhuc

2. Cor. 9.

huc poteras, alacriter in pauperum usum, diuinumq; cultum erogas, quàm quæ aly, siue hæredes, siue amici, siue alij quicunq;, ex illis ipsis in animæ tuæ subsidium postea elargiuntur.

Conficitur hinc rursum alienam iniquitatem nonnullis, præter suam noxiam, etiam in spiritalibus fraudi nonnunq; esse: puta ijs, qui amicorum uel curatorum suorũ perfidia, institutis pro se Suffragijs inique frustrati, diutius quàm oportuit, in Purgatorijs cruciatibus, ueræ interim beatitudinis expertes, distinentur. Tho 4.d.45.q.2.ar.2.q.2.ad 4.

Sequitur demum non parum utilius fore defuncto, si statim atq; è uiuis exceßerit, cumulata quæpiã eleemosyna in animæ ipsius expiationem erogetur, frequensue altaris Sacrificium eiusdem rei causa offeratur, quàm si per temporum interualla & partes, eiuscemodi opera præstentur. Quandoquidem præsidia isthæc præsentia sunt & certa, demortuorum uerò spiritus, quousq; ad plenũ perpurgentur, præsentibus et certis auxilijs indigent. D.Thom. loco ante citato.

Nihilominus quia priuatis commodis publicũ anteferre commodum, non solũ honorificum, uerùm etiã Cœlesti patri apprimè gratũ est: nisi præsens miserorum ægestas, aut temporum calamitas aliud efflagitent, satius fortasse fuerit propria utilitate posthabita, perpetuum censum in pauperum alimoniam, aut iuge altaris Sacrificium, in diuini cultus amplificationem instituere, quam totum illud, quod pro utriusq; institutione insumptum oportuit, simul & semel in eleemosynas, uel Missarum Sacrificia exponere. 2.Reg. vlt. Genes.22.

Quamuis ministri conditio ad intrinsecum Suffragiorum uim nullum ferè momentum adferat, attamen quod uitæ sanctimonia, morumq; innocentia, singulare quoddam impetrandi robur habeant, sedulò niti decet, quô eiuscemodi ministro Suffragiorum opus demandetur, qui & fidei sit integræ, et uitæ quoq; minimè improbæ. D.Tho.3.q.82. art.6.2.d.40.4. d.45.q.2.ar.2.q. 2.d.19.q.1.art.2.

At de primario Suffragiorum authore longè alia est ratio. Nam quicquid is lethali crimini obstrictus huiusmodi instituerint, totum id, quousq; criminosus esse desierit, nullarũ pene uirium in ipso existit: Prodesset tamẽ si ante instituti operis Suffragatorij consumptionem, instaurato sanati iã per gratiam animi proposito, id denuò confirmet, ratumue habeat, quod antea sceleribus suis præpeditus, incassum ferè tentauerat. D.Tho.4.d.17. q.2 art.4.q.3. cõtra Gen.c.156. ad 5.

Conducunt aũt Suffragia, nõ ijs solùm, quibus ex instituto cõmunicantur, uerùm ijs etiã, qui alteri ea ex charitate cõmunicant: In ratione quidẽ meriti primò et per se (si quidẽ boni operis meritũ ab uno ad alterũ trãsferri nõ potest) in ratione uerò satisfactionis obliquè et per accidẽs: Nã qua nũc fide et D Tho.4.d.45. q.2.art.4.4.

Matth. 7. Mar. 4. Luc. 6.

charitate aliorum miseriæ subleuandæ incubuerimus, eadem olim uicißim et nostræ quoq; depellendæ incumbent alij. Accedit quod istiusmodi satisfactiones nõ infrequenter in propriũ ipsius satisfacientis sinum reflectantur: Vel quod hi, quibus impendebantur eorum amplius non indigeant, uel certè quod eorundem capaces non existant.

Quod si opera satisfactoria proprij meriti rationẽ obscurarent, aut aliquo ex parte imminuerent, satisfactioni operã dare nõ parũ detrimentosum foret: siquidẽ multò satius fuerit cõplures annos dirißima Purgatorij supplicia pertulisse, quàm uel minimam gratiæ aut gloriæ fecisse iacturam. Sed

D. Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 1. q. 4.

sanè tamẽ abest ut opus satisfactoriũ alteri ex charitate impensum, proprij meriti rationem imminuat uel obscuret, ut illud etiam insigniter illustret.

Grauiter proindè errare ac hallucinari conuincuntur, qui rati, si quid spiritalis præsidij alteri impenderint, id sibi funditus deperire: uel nunq̃, uel certè grauatè pro defunctorum spiritibus apud misericordiarum Patrem intercedunt: cùm tamen contra arbitratum oportuerit, puta spiritale subsidium alteri ex Christiana charitate communicatum, maiorem in partem penes ipsum communicantem remanere, atq; adeo meriti rationem pluriD. Thom. vbi supra.

mum augere & (ut modo dicebamus) illustrare.

DE CHRISTIANORVM SEPVLturis, exequijs, anniuersarijs etc. Pars quinta & postrema.

Lib. de cura pro mor. agen c. 2. 13. q. 2. c. Animæ.

POmpa funebris: (inquit D. Aug.) agmina exequiarum: sumptuosa diligentia sepulturæ, uiuorum sunt qualiacunq; solatia, non adiutoria mortuorum. Quia si prodest aliquid impio sepultura preciosa, oberit pio uilis uel nulla. Præclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum, sed multò clariores in conspectu Domini, ulceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum: quia eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium.

Luc. 16.

Lib. 1. c. 12. & 13. de ciuit.

Nec tamen ideo (inquit idem) contemnenda, aut abijcienda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum atq; fidelium, quibus tanquam organis & usßis ad omnia bona opera sanctus usus est Spiritus. Si enim paterna uestis & annulus, ac si quid huiusmodi tamò charius est posteris, quantò

erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ utiq; multò familiarius atq; coniunctius, quàm quælibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad indumentum aut ornamentum, quod adhibetur extrinsecus: sed ad ipsam naturam hominis pertinet. Vnde & antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa, ipsiq; dum uiuerent, de sepeliendis, uel etiam transferendis suis corporibus, filijs mandauerunt. Gen. 23. 25. 49. 50.

Sed & Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruisse, teste Angelo, cõmendatur. Ipse quoq; Dominus die tertio resurrecturus religiosæ mulieris bonũ opus prædicat, prædicandumq; commendat, quod unguentũ pretiosum supra membra eius effuderit: atq; hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de Cruce acceptum diligenter ac honorificè tegendum, sepeliendumque curarunt. Idem: Sit (inquit) pro uiribus cura mortuos sepeliendi, & sepulchra constituendi, quia hæc in Scripturis sanctis, inter bona opera deputata sunt. Nec solum in corporibus Patriarcharum aliorumq; Sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore, qui ista fecerunt laudati sunt. Tob. 2. & 12. Ioan. 12. Mat 26 Ser. 34. de uerbis Apostoli. Matth. 16. Genes. 23. 49. Tob. 12.

Origines: Humana corpora, ut animæ domicilia, & sanctiores præcipuè, haud quaquam sunt reijcienda: quippe quæ ex optimarum legum permissu, cum honoribus, qui haberi his possunt, & sepultura dignantur. Et infra: Rationalem (inquit) animam honorare didicimus, & huius organa honorificè sepulchro demandare. Lib. 5. contra Celsum. Lib. 8. contra eundem Celsum.

Dionysius: Conuocato sacro choro diuinus Antistes, si is qui excessit è uita, erat ordinis Sacerdotum, ubi ante sacrum altare cum posuit, Deum precari incipit, eiq; gratias agere: Si autem sacris Monachis, sanctoúe populo annumeratus erat, cum ad ueneratione dignum Sacrarium collocat. Deinde peracto solenni precationis sacro, Pontifex oleo mortuum perfundit, corpusq; cum alijs eiusdem ordinis sanctis corporibus reponit & condit. Eccles. Hiarchia c. 7.

Chrisostomus: Die mihi quid sibi uolunt lampades istæ festiuæ? Nonne sicut athletas eos (defunctos) producimus? Quid etiam hymni? Nonne ut Deum glorificemus, & ei gratias agamus, quoniam iam coronauit discedentem? quoniam á laboribus liberauit, de seruitute ducens, apud se habens? Nonne propter hoc Psalmi & hymni? Nnnne propter hoc Psalmodia? Omnia ista gaudentium sunt. Hom. 4. in Epi. Heb.

Socrates: Corpus Imperatoris in aureo loculo collocatum, ad Constan-

Lib. 3. c. 12. hist. trip. Euschius lib. 4. uita Constantinæ.

tinopolim est deuectum, & in palatij celso loco repositum. Quod in multis honoribus & ueneratione, quasi uiueret habebatur, donec aliquis filiorum eius adsisteret. Postea uero ab Oriente Constantio ueniente, cum Imperialibus exequijs funus eius sepultum est in Apostolorum Ecclesia, quam propterea fecerat, ne Imperatores & Sacerdotes, reliquys priuarentur Apostolorum.

Lib. 9. c. 50. Greg. Nazianzenus inuectiua 2. contra Luli.

Nicephorus: At nostri (inquit Constantij) publico producitur apparatu, omniumq; acclamationibus, & sanctoribus istis carminibus: item nocturnis hymnis & lucernarum ignibus, quibus Christiani obitum pium honestandum censemus. Et corpus ipsum celebri lugentium conuentu efferetur. Vbi autem ad magnam & Imperatricem urbem appropinquauit, quid dicere attinet uniuersi exercitus fatalitium, & armatorum ordines, qui tanq̃ uiuo adhuc Imperatore adfuere? aut splendidæ urbis effusionem? & omniũ, qui uel fuere, uel futuræ sunt celeberrimum occursum?

In epitaphio Basilij Mag.

Nazianzenus: Tum (inquit) miraculum omnium, quæ unquam acciderunt celeberrimum contingit. Gestabatur Sanctus Sanctorum manibus subleuatus, singuliq; contendebant: & hi quidem ut fimbriam contingerent, uel ab umbra contingerentur: alius ut lectulum, quo sacer ille efferebatur solùm tangeret: (quid enim corpore illius sanctius aut purius?) alius ut gestantibus appropinquare posset: nonnulli ut solo spectaculo perfrui ualerent. Pleni erant porticus, fora, fenestræ, & culmina hominibus, qui illum præmittebant, gerebant, & sibi inuicem succedebant. Ex omni genere & ætate aderat numerus penè infinitus: psalmodiæ resonabant antea incognitæ, &c.

Epistola ad Olymp. de obitu sororis suæ Macrinæ.

Greg. Nissenus: Interim dum hæc agebamus fama nescio quomodo uadiq; diffusa omnes finitimos ad funus adduxit: adeo ut concurrentes uestibulum non caperet. Cum igitur nocturna peruigilatio canendis Psalmis perfecta esset, & crepusculũ aduenisset, & paulatim prograderetur dies, & locus præ confluentium multitudine angustus redderetur, surgens, qui ei regioni præfectus erat Episcopus, Araxius nomine (aderat enim cum uniuersa multitudine Sacerdotum) præcepit ut sensim procederet tabernaculum: Ego igitur feretrum subiens illum aduocaui, ut alteram partem sustineret, posterioris uerò feretri partes, subierunt alij duo de clero insignes uiri. Ex utraq; autem parte, præcedebat non exiguus Diaconorum ministrorumque numerus, qui omnes ordine progredientes accensos cereos manibus gestabant, &c.

Eusebius:

Eusebius: Cum in consummatione Martyris Marini adesset (Asterius,) corpus illius capite truncum humeris suis splendidoq; & precioso indumento impositio detulit, & splendissimè quantum conuenichat sepulturæ tradidit: & honorem, quem Martyri detulit, continuo ipse Martyr assequitur. Lib. 7. c. 23.

Hieronymus: Translata est (Paula) Episcoporum manibus, & cerui-cem feretro subijcientibus: cum alij Pontifices lampades, cereosq; præferrent: alij choros psallentium ducerent. In media Ecclesia, in spelunca Saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palæstinarum urbium turba conuenit. Quem Monachorum latentium in eremo cellula sua tenuit? Quam uirginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, qui non tali fœmine ultimum reddidisset officium. In epitaphio Paulæ Rom.

Prudentius: In hymno de Martyribus.

Hinc maxima cura sepulchris,
Impenditur, hinc resolutos,
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est,
Aspersaque myrrha Sabæo.

At uerò licet magnificus funeris apparatus, per se nullum refrigerium defunctorum spiritibus adferat, adiunctorum tamen ratione, plurimum eisdem adiumenti præstat. Quandoquidē exequijs Catholico ritu celebratis, præter salutare Missæ Sacrificium, piasq; Orthodoxæ Ecclesiæ precationes, largæ quoque eleemosynæ non infrequenter accedunt.

Conuocantur (inquit Orig) in Anniuersarijs diebus memoriæ, uel parentum defunctorum, uel amicorum, uel quorumcunque, qui in fide dicessissent, Sacerdotes simul & laici: atq; in eo cœtu primum mortuis, quod in fide discessissent gratulantur: & sibi pium & tranquillum exitum quisquis precatur: postea conferuntur eleemosynæ uel oblationes, quæ in pauperes, pupillos, & uiduas, qui simul tum adsunt, distribuuntur. Lib. 3. in Iob.

Hieronymus: Pammachius noster ueneranda Paulinæ ossa eleemosynis balsamis rigat. His pigmentis atq; odoribus cineres quiescentes fouet &c. In epist. ad Pammachium de obitu uxoris Paulinæ.

Augustinus: Si quis in memorias mortuorum aliquid pecuniæ offerri uoluerit, in præsenti pauperibus eroget, ita nec deserere uidebitur memoria suorum, quod potest gignere non leuem cordis dolorem, & id celebrabitur in Ecclesia, quod piè & honestè celebratur. Chrysostomus: Cur Epist. 64. ad Aurel. Carthag. Episcopum.

post

post mortem tuorum pauperes conuocas? Non ignoro te respondurum ut defunctus requiem adipiscatur, ut propitium iudicem inueniat.

Exequijs quasi quædam funeralium iustorũ appendices accedunt Tertius, Septimus, Trigesimus, Quadragesimus & Anniuersarius dormitionis dies. Lib. 6. c. 48. Const. Apost. *Peragatur (inquit Clemens) dies Tertius mortuorum in Psalmis, & lectionibus & orationibus, propter eum, qui tertia die resurrexit. Etiam Quadragesimus secundum ueterum formam: Moysen enim hoc modo populus luxit. Nec non Anniuersarius pro memoria ipsius, dicturq; de illius facultatibus pauperibus in commemorationem ipsius.*

De corona milit. Lib. de Monogamia. In laudem fratris sui Cæsarij. *Tertullianus: Oblationes pro defunctis, pro natalicijs annua facimus. Idem: Perseueret cum eo, & pro anima eius oret, & offerat annuis diebus dormitionis eius. Nazianzenus: Et hæc quidem præstitimus, alia autem præstabimus, ac singulis annis nos, qui superstites sumus, honores hos instaurabimus, & defunctorum memoriam renouabimus.*

In ora. de obitu Theodosij, 13. q. 2. c. Quia. *Ambros. Eius ergo principis, & proximè cõclamauimus obitũ, & nunc Quadragesimum celebramus, adsistente sacris altaribus Honorio principe, quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob, quadraginta diebus humationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri iusta persoluit. Et quia alij tertium diem & trigesimum, alij septimum & quadragesimum obseruare consuerunt, quid doceat lectio consideremus. Defuncto (inquit) Iacob, præcepit Ioseph pueris suis sepultoribus, ut sepelirent eum, & sepelierunt sepultores Israël: Et completi sunt quadraginta dies: Sic enim numerabantur dies sepulturæ. Et luxit eum Israel septem diebus. Hæc ergo sequenda solennitas est, quam præscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio scriptum est: Quia planxerunt filij Israel Moysen 30. dies, & consumati sunt dies luctus Vtraque ergo obseruantia habet authoritatẽ, qua necessarium pietatis impletur officium.*

Serm. de his, qui in fide hinc migrarunt. *Damascenus: Hoc etenim est quod uult & consulit misericors Deus, nempe ut uicißim nos, tam in uita, quàm post mortem beneficijs prosequamur. Nisi enim hoc in oculis suis rectum foret, nunq; occasionem dedisset, habendæ memoriæ defunctorum in Sacrificio illo incruento. Sed neq; Triceſimorum, Quadragesimorum & Anniuersariorum, quæ nunc inconcussa & certiora sunt, quàm de quibus iudicandum sit, Apostolica Catholicaq; Ecclesia, ac populus à Domino collectus pietatique deditus, absq; omni contradictione custodit. Profectò si id friuolum & inutile opus foret, cùm tot Sancti, diuinoq; spiritu pleni Patriarchæ, Patres, ac Doctores fuerunt,*

fuerunt, utiq; aliquis eorum ad errorem eiusmodi sopiendum incubuisset. At tantum abest, ut quis unq̃ subuertere tentauerit, ut confirmarint etiam, quotidieq; magis atq; magis huic operi studeatur, incrementumq; adijciatur incremento.

Amalarius: Solemus mortuorum memorias generaliter celebrare, Tertia, Septima, & Trigesima die. Vnde talem habemus authoritatem in ueteri Testamento: Scriptũ est enim in lib. Numerorum: Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc fuerit immundus septem dies, aspergatur ex hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur. In celebratione triginta dierum suffulti sumus Moysi & Aaron celebratione: ita enim scriptum est in eodem lib: Omnis autem multitudo uidens occubuisse Aaron, fleuit super eum 30. diebus per cunctas familias suas. Et iterum in Deuteronomio de Moyse: Fleuerunt super eum filij Israel, in campestribus Moab quadraginta diebus. Lib. de officio Missæ, c. 38. c. 47. c. 5. c. 34.

Idem: Quando studemus ut opera amicorum nostrorum sint plena coram Deo, triginta diebus pro ijs sacrificamus. Non opinor ut aliquis uelit dicere, quod non liceat nobis orare quotidiè & sacrificare pro mortuis. Sed quod agitur in Tertia, & Septima, & Trigesima die, publicè agitur, & generaliter ab omnibus amicis, & conuenitur simul ad hoc in precibus Missarum, atq; eleemosynis, & ceteris bonis studijs. Et infra: Anniuersaria dies ideo pro defunctis repetitur, quoniam nescimus qualiter eorum causa habeatur in alia uita, alioquin enim bonum est omni tempore orare prõ defunctis. Eodem lib. de offic. Missæ.

Petrus Trecensis: Mos erat Ethnicis incondita seruare corpora nouem dieb & singulis diebus plangere, & fouere ea aqua calida, ut scirent utrum anima egressa, an sopita foret: condita uerò quadraginta diebus seruabant. Hebræis mos erat incondita seruare diebus septem, condita diebus triginta. Seruauerunt ergo & ipsi Iacob diebus triginta. Fideles modo, quia mortuos suos fide & uirtutibus conditos aiunt, Trigintа diebus eos plangunt, hoc est, speciales Missas sub numero tot dierum pro ipsis celebrant. In historia sche. de sepul. Iacob.

B. Effrem: Accedite ad me ò fratres, & componentes collocate me, spiritus enim meus deficit fortiter: & comitemini me Psalmis & orationibus uestris, & assiduè pro mea paruitate offerre dignemini. Et cum Trigesimum diem compleuero, mei memoriam faciatis. Gesta Episcoporum Metensium referunt eiusdem Ecclesiæ clerum, Episcopo suo Clodulfo defuncto, per dies trigintа Missarum solemnibus, orationibus continuis, uigilijs, & Psalmodijs pietatis mutuu iusta persoluisse: Annales constantinopolitani Michaëlem et In testamento suo. Lib. 14.

Lib. 3. c. 2. Procopiam Imperatores, Tharasij Patriarchæ memoriam anniuersario ad sepulchrum eius celebrasse: Beda, fratres Hagustaldensis Ecclesiæ Crucem, quam Osuualdus in Anglia erexerat, quotannis pridie ante illu diem, quo is occisus fuerat, Vigilias cum plurima Psalmorum laude contin asse, & uictimã sacræ oblationis pro salute animæ eius offerre solitos sui

Refelluntur breuiter, quæ contra Suffragiorum vsum obijciunt Sectarij.

SI (inquiunt) ea Suffragiorum uis & ratio est, cur ergo diuinæ lit unumquemq; mercedem propriam, secundum ea, quæ per corpus sit, siue bonum siue malum accepturũ affirmant? Cur unumquemq; onu um portaturum, proq; seipso rationem redditurum nusq̃ non inculc Cur eædem mortuos partem ullam aut mercedem ex ullo opere, quod cœlo fit, habere negant? Cur inter tot Mosaicæ legis piamina & Sacrif sacra funeralia nulla extant? Cur Synodi Elibertinæ Patres ne spi Sanctorum inquietentur, cereos per diem in cœmeterijs incendi, aut n Vigilias in ijsdem haberi uetant? Cur denique Ambr. Chrysost. & alij plures, peracto in sepultura humanitatis officio, diutiùs lugere, aut mo inhærere apertè damnant? Hæc (inquiũt) si rectè expendantur, præte tera, ante mortem, quod post mortem prosit, comparandum esse, non o rè insinuant.

2. Cor. 5. Ad Galat. 6. Matth. 12. Eccl. 9. c. 34. Lib. 1. de Abra. c. 10.

Næ ante mortem, quod post mortem prosit, comparandum est: nec unq̃ Catholicorum secus credidit aut docuit. At interim longè aliud est defunctis, ut à peccatis soluantur cũ Iuda Machabæo orare, aliud fusa noua illis merita comparare: illud enim rectè & inculpatè fieri potes nequaq̃. Non noua (inquit D. Aug.) merita mortuis comparantur, cum ijs boni aliquid impendunt sui, sed eorum præcedentibus consequenti redduntur.

Serm. 33. de verbis Apostoli.

Idem: Quodam (inquit) uitæ genere acquiritur, dum in corpore tur, ut aliquid adiuuent ista defunctos, ac per hoc secundum ea, quæ pe pus gesserunt, ijs, quæ post corpus religiosè pro illis facta fuerint, adi tur. Sunt enim quibus nihil omnino adiuuant ista: siue pro ijs fiant, qu tam mala sunt merita, ut neq; talibus digni sint adiuuari: siue pro ijs, qu

Lib. de cura pro mortu. agen. c. 1. In Enchiri. c. 110. 13. q. 2. c. Tẽpus.

tam

tum bona, ut talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur uitæ, quod gessit quisq; per corpus, efficitur, ut prosint uel non prosint, quæcunq; pro illo piè fiunt cùm reliquerit corpus. Nam meritum, per quod ijsta prosunt, si nullum comparatum est in hac uita, frustra quæritur post hanc uitam. Ita ergo fit ut nec inanuter Ecclesia uel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis, impendat, & tamen ferat unusquisq; secundum ea, quæ gessit per corpus, siue bonum siue malum, reddente Domino unicuiq; secundum opera eius. Vt enim hoc, quod impenditur, possit ei prodesse post corpus, in ea uita acquisitum est, quam gessit in corpore. Hactenus Augustinus.

Diui Aug. expositionem, præter alios nõ paucos, Areopagita quoq; nõ dubiè astipulatur: Verũ (inquit) dices fortassis, hæc quidẽ rectè á nobis dicta esse, sed te dubitare, cur diuinã benignitatẽ roget Antistes, ut ea, quib. á mortuo peccatum est, remittat, eiq; det parẽ ijs, qui Deum imitati sunt hæreditatem. Si enim præmia á Diuina iustitia cõstituta consequitur eorum bonorum aut malorum, quæ in hac uita gessit, perficit autẽ is, qui migrauit á uita actiones huic uitæ consentaneas, quibus tandem Antistitis precibus, in aliã quietis sedem migrabit, præter eam, quæ eó digna est? Equidem (inquit) probè scio Scripturis diuinis assentiens, unumquemq; præmium accepturũ pro dignitate, sed tamen iustorum bonorumq; preces etiã in hac uita, nedum post mortem, ijs prodesse, qui digni sunt sanctis precibus, ea quæ prodita sunt diuinarum literarum monumentis nos docent. In Eccles. Hierarch. c. vltimo.

Vtrorumq; interpretationi addo: Primò quidem rectissimè ea nostri dicì, quæ nostri causa agũt patiuntur ue alij: Mox allegatas ab Aërianis Scripturas, de operũ meritò, deque essentiali præmio eiusce modi operibus, in alterutro iudiciorum reddendo, ex instituto differere, de mutuis autem uiuorum uel mortuorum suffragijs ex professo nihil. Ecclesiastem denique non de spiritalium, sed ciuilium externorumq; operum communicatione uerba facere. Mortui (inquit) nihil nouerunt amplius, nec habent partem in hoc seculo in opere, quod sub cœlo geritur. Deinde de quibusnam operibus id affirmaret, exponens, illicò subdit: Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum. Omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Philo. Ethico. 7. c. 9.

Ad ueterum autem Sacrificia quod attinet: Fatemur ingenuè nihil peculiare de sacris funebribus in Mosaica lege cautum extare: at negamus tamen, nihil eiusmodi ea in lege receptum aut usurpatum fuisse. Siquidem Iudæi

non ea solùm religiosè obseruabant, quæ in diuinis codicibus præcepta legebant: sed ea etiam, quæ sola traditione à Maioribus acceperant. Eorum ante è numero hunc funerandi, iustaq; demortuis persoluendi ritum extitisse, iam antea fusissimè explicatum est.

c.34. 35. Citata autem Synodi Elibertinæ constitutio, legitimæ Ecclesiæ Suffragia non uetat, sed flagitia & paganismi reliquias, quæ non absq; graui Dei Opt. Max. Diuorumq; iniuria, ijs in locis sub orationis obtentu non infrequenter designabantur exercebanturq;, condemnat. Etenim post pacem Ecclesiæ redditam multi ex imperito uulgo permulta fœda, & à uera religione prorsus aliena, funebrium iustorum prætextu in cœmeterijs nonnunq; perpetrabant. Nec enim, si D. Aug. fides est, ut sanè est maxima: conueniebant luxuriosè eiusmodi in locis bibere et comessari, sed eò nonnulli eorum superstitionis procedebant, ut ipsis etiam cadaueribus epulas exhiberent.

Lib. 1. de morib. Ecclesiæ c. 34. Nolite (inquit) ò Manichæi consectari turbas imperitorum, qui uel in ipsa uera religione superstitiosi sunt, uel ita libidinibus dediti, ut obliti sint quid promiserint Deo: Noui multos, qui cum luxuriosissimè super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes, super sepultos seipsos sepeliant: & uoracitates ebrietatesq; deputent religioni. Rursum: Comessationes & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum, non solum per dies solennes, sed etiam quotidiè celebrentur. Arceatur igitur tantum dedecus de Sanctorum corporum sepulchris, de locis sacrorum, de domibus orationum etc.

Epist. 64. ad Aurelium Epis. Carth.

Lib. de Abraham, c. 10: Denum cautio illa Ambrosiana, eò nequaq; tendit, quasi is omnem omnino luctum aut planctum à lugentium animis et ædibus uoluerit proscribere: (Didicerat enim non solum Patriarchas, & ueteris Testam. Patres, mortuos suos religiosè luxisse, uerùmetiam primæuos Christianos, graues lamentationes super uita functos nonnunq; fecisse. Cur uerunt (inquit D. Lucas) Stephanum uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.) sed quod insanos quosdam & penè paganos lugendi abusus, qui in Ecclesiam Mediolanensem irrepserant, uel certè ex antiqua gentis illius superstitione ciuitati adhuc adhæserant, è medio cupiuerit submouere. Nec alio etiam tendunt, quæ contra lugendi consuetudinem adferumur ex Cypri. Chrys. Anastas. Conc. Tolet. 3. etc.

Gen. 25. 50.

Actor. 5.

Serm. de mortalitate. 23. q. 2. c Quam præposterum. Quam (inquit Cyprianus) præposterum est, quamq; peruersum, ut cum Dei uoluntatem fieri postulemus: quando euocat nos & accersit de hoc mundo, non statim uoluntatis eius imperio pareamus. Et infra: Nob

(inquit

(inquit) ipſis minimis & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter atq; manifeſtè de Dei dignatione præceptum eſt, ut conteſtarer aſsiduè, ut publicè prædicarem, fratres non eſſe (immoderatè) lugendos, accercerſione dominica de ſeculo liberatos, cùm ſciamus non amitti, ſed præmitti, & recedentes præcedere, ut proficiſcentes & nauigantes ſolent.

Chryſoſtomus: Vbicunq; ſepeliamur: Domini eſt terra & plenitudo eius: ſecundum quod oportet fieri efficiatur. Lugere autem & deplorare, & lamentari, (immoderatius) eos, qui ab hac uita diſcedunt, ex puſillanimitate contingit. Hoc autem ex deſperatione futuræ reſurrectiionis, intelligitur: unde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini: ſed addit: Sicut & cæteri, qui ſpem non habent. Pietatis namq; affectu & humanitatis intuitu mortuos lugere, non prohibemur, ſicut nonnullos Sanctorum aliorum exequijs pias lachrymas impendiſſe legimus.

In Epiſt. ad Heb 13. q. 2. c. Vbicunque. Pſalm. 33. 1. Theſſal. 4.

Anaſtaſius Papa: Habent forſan illi iuſtam longi doloris excuſationem, qui uitam alteram neſciunt, qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem, qui hoc credimus & docemus, triſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit.

Epiſt. 2. ad Neria. 13. q. 2. Habent.

Syno. Tolet. 3: Prohibet Apoſtolus lugere defunctos, dicens: De Dormientibus autem nolumus uos contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarũ mortuum, ſed ad huius uitæ erumnas plerauit reſuſcitandum. Si ergo poteſt hoc Epiſcopus omnibus Chriſtianis prohibere, non moretur agere. Religioſis autem omnino aliter fieri non debere cenſemus.

c. 22. 13. q. 2. cũ Qui.

Obijcitur & Hieronymi quoq; commentarius: In præſenti (inquit) ſeculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos adiuuari: cùm autem ante tribunal Chriſti uenerimus nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare poſſe proquoquam, ſed unumquenq; portare onus ſuum. Verùm hoc (inquit Gratianus) de impœnitentibus accipiendum eſt, de quibus Propheta dicit: Non dabit Deo placationem ſuam, nec precium redemptionis animæ ſuæ: & ideo frater non redimet cum, ſed laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem. De alijs autem intelligi non poteſt. Non minus fortaſsis uerè ad ſupremi iudicij rationem Hieronymianum illud referri queat. Nam ubi eò ſemel uentum fuerit, nullus amplius Suffragiorum, aut interceſsionum erit locus, ſed unuſquilibet ſuam tunc ſarciuã portabit.

In c. 6. ad Gal. 13. q. 2. c. In præſenti. Pſalm. 48.

Addunt præterea: Esto emendatorius quispiam ignis post mortem quibusdam supersit, tamen quum Iudicis sententia, qua ligni, fœni, & stipulæ structores, ad præfinitum supplicij genus addixit, prece uel precio, alio inflecti non possit incassum pro qualibuscunq; defunctis preces fundi, aut diuina mysteria celebrari: Verum enimuero si hæc ratio quicquam efficit aut probat, probat etiã non arandum, non serendum, non deniq; quicquam operæ ullam omnino in rem ponendum: sed Epicuræorum more securè & ociosè in utramq; aurem stertendum esse.

Oramus igitur & laboramus non ut nostra oratione uel labore Dei Opt. Max. sententiam interueramus alioúe deflectamus: sed quo id fœliciter eueniat in tempore, quod is nostra oratione uel labore intercedente, ab æterno statuerat efficere.

Obijciunt deniq;: Sit (inquiunt) pro piè in Christo dormientium salute orare uel sacrificare pium ac licitum: at quorsum attinet tot pro uno eodemq; aut preces profundere aut Missas celebrare? forsitan promissorum suorũ obitus est Christus? Absit uerbi sui oblitũ esse Dominum: nec ideò tamen precandi assiduitas non est commendanda, quippe quam ipsemet filius Dei, non uno in loco seriò à nobis efflagitat: Oportet (inquit) semper orare & nunquam deficere.

Luc. 18.

Promisit quidem Dominus, se quicquid Patrem in nomine ipsius petierimus, benignè collaturum esse: at interim non omnes, qui petunt, statim in Christi nomine petunt: Habent enim permulti, hoc præsertim tempore, Christum in ore, sed perpauci in pectore. Accedit quod etsi omnes, qui in fide & charitate hinc decesserunt Suffragiorum beneficio capessendo idonei censeantur, eos tamen tardius plærumq; eiusmodi adminiculis subleuari, qui in hac mortali uita constituti, uel negligentes, uel minus certè quam oportebat diligentes, erga demortuorum spiritus extiterunt. Et hæc de Purgatorio & mortuorum Suffragijs.

Ioan. 14.15.16.

Δόξα Θεῷ: μερόπεσσι χάρις: κατάπαυμα θανοῦσιν. Amen.

CHRI-

CHRISTO DVCE,

Sub præsidio Theod. Peltani Doctoris Theologi, & Professoris Ordinarij: ad hanc de Purgatorio, animarũ Suffragijs, &c. doctrinam, die Iouis proximo, respondebunt egregij liberalium Artium Magistri, D. Georgius Suueickhardt Dilinganus, formatus Theologiæ Baccalaureus, & D. Ioannes Heüsius eiusdem Theologiæ Studiosus.

BAYER. STAATS... BIBLIOT... MUENC...